

FONTIonline

Sussidio documentale per le attività dell'ILIESI

Istituto per il Lessico Intellettuale Europeo e Storia delle Idee

Consiglio Nazionale delle Ricerche

[http://www.iliesi.cnr.it/fonti\\_online/index.shtml](http://www.iliesi.cnr.it/fonti_online/index.shtml)

LUKAS HOLSTE (Lucas Holstenius), *Dissertatio de vita et scriptis Porphyrii philosophi*, in JO. ALBERTI FABRICII, SS. *Theol. D. ... Bibliotheca Graeca, Sive notitia Scriptorum Veterum Graecorum quorumcunque monumenta integra, aut fragmenta edita exstant : tum plerorumque e Mss. ac deperditis ; Liber 4, Pars 2*, Hamburgi, Liebezeit, 1711, p. 180-281

Questo testo è disponibile su questo sito grazie a:

Bayerische Staatsbibliothek; Munchener Digitalisierungszentrum Digitale Bibliothek

**Permalink:** <http://www.mdz-nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:bvb:12-bsb10626876-7>

JO. ALBERTI FABRICII,  
SS. Theol. D. & Prof. Publ.

# BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

## LIBRI IV. PARS ALTERA

Qua præter scriptores de Numerorum doctrina & alios nonnullos Philosophos, recensentur Rhetores ac Sophistæ, Lexicorumque veterum Græcorum notitia traditur.

---

Accedunt præter nonnulla hæctenus inedita, DEMOCRITI & ANATOLII de Sympathiis & antipathiis, interpretatione & commentario illustrata, & PTOLEMÆI ASCALONITÆ de differentia vocum Græcarum, Specimenque Glossarii MS. *νομικῶν*, PORPHYRIUS de Vita scriptisque Plotini, cum brevibus notis; LONGINI de metris fragmentum, & LUCÆ HOLSTENII V. C. Dissertatio de Vita & scriptis Porphyrii.



---

Sumtu **HAMBURGI**  
**CHRISTIANI LIEBEZEIT,**  
ANNO M. DCCXI.

mos citatur sub nomine Ammonii junioris, & ex cujus *ἑρμηνεία τῶν περὶ ἑξῶν* fragmentum MS. memorat Lambecius lib. V. p. 154. Commentarium hujus Ammonii, probatissimi Ecclesie Alexandrinæ *ἑξημέρον*, in Hexaëmeron è SS. Patrum & Cyrilli maxime scriptis concinnatum laudat idem Anastasius præfatione Anagogicarum suarum in Hexaëmeron contemplationum.

**Fuere & alii quidam Ammonii, ut:**

**Ammonius** Episcopus ab Arianis in exilium pulsus teste S. Athanasio in Apologia ab Imp. Constantium Tom. 1. p. 705.

**Ammonius** Episcopus *k)* ab Heracla Patriarcha Alexandrino constitutus, sed religionis desertor, cujus mentio apud Eutychium T. 1. Annal. p. 332.

**Ammonius** Martyr sub Diocletiano, memoratus Eusebio VIII. 13. Hist. p. 308. ut alios hujus nominis in Martyrologiis laudatos omittam. Acta passionis Ammonii spuria esse docet Jac. Basnage V. C. in Epistola de syntagmate fidei S. Athanasio tributa pag. 142.

*k)* Seldenus in Originibus Ecclesie Alexandrinæ pag. 147. hunc Ammonium eundem facit cum Ammonio Sacca Plotini præceptore, sed merito diversus ab illa sententia abiit Tillemontius, Memor. Histor. Eccles. Tom. 3. part. 2. pag. 392.

---

## CAPUT XXVII.

# DE PORPHYRIO

### Philosopho.

*Porphyrii* atas. 1. Scripta edita. 2. inedita. 3. deperdita. 4. Index Autorum in scriptis Porphyrii eaitis allegatorum. 5. Luca Hostenii libellus de Vita & scriptis Porphyrii.

I. POR-

I.

**P**ORPHYRIUS Bataneotes Tyrius a) fuit, patrio nomine *Malchus* Syrorum lingua appellatus, discipulus Longini primum Athenis, eruditissimi usque quaque viri: tum triginta annos natus ab A.C. 263. Romæ auditor Philosophi Plotini, cuius vitam scripsit, sed & de seipso multa simul in eadem retulit. Porphyrii vitam composuit è veteribus *Eunapius*, ad quem nonnulla annotavi: è recentibus præter *Lucam Holstenium* libello de vita & scriptis Porphyrii (qui integer huic capiti subjunctus est) Sam. Basnagius V. C. T. 2. Annalium ad A. C. 278. & Tillemontius T. IV. Historiæ Imperatorum p. 107. seq. Natus est Anno 12. Alex. Severi, Imp. CHRISTI 233. Obiit Romæ septuagenario ut videtur major, postremis annis Diocletiani Imp. Nam in vita Plotini c. 23. memorat quid sibi duodeseptuaginta annos nato acciderit, quomodo scilicet divinam lucem sibi modo quodam sensum omnem & intellectum supergrediente perceperit affulgentem. Multa ejus loca præparationi suæ Evangelicæ inseruit suppar illi Eusebius, qui III. 6. ita de eo scribit: *Μάλιστα φιλοσόφων ἔτι καὶ ἡμᾶς δοκεῖ καὶ δαίμοσι καὶ οἷς φησι θεοῖς ὠμιληκέναι, ὑπέρτε τῶτων πρεσβεῦσαι, καὶ πολλῶ μᾶλλον παρ' ἑαυτῶν ἀκραιβέστερον διηρώνεκέναι.* & V. 14. *ὁ ἡμῶν Ἑλλήνων φιλοσοφῶν, ὁ Ἰουμασὸς θεολόγος, ὁ τῆ ἀπορήτων μύσης &c.* Cyrillo 1. in Julian.

Z 3

- a) Quoniam Porphyrius diserte Bataneotes dicitur non modo à S. Hieronymo præf. Epistolæ ad Galatas, sed etiam à S. Chrysostomo homil. VI. in 1. ad Corinth. p. 58. suspicor patriam veram ejus fuisse Bataneam opidum Syriæ de quo Stephanns Byz. Tyriorum forte Coloniam, unde Porphyrius maluit Tyrium se appellare, ut in vita Plotini c. 7. Novi quidem viros doctos esse qui Bataneoten dictum putant, quod instar taurorum *Βατανεωτῶν* Psal. XXII. 22. petulo impetu nomen CHRISTI & sacra nostra invaserit. Confer si placet Steph. Lemonium ad Varia sacra p. 607. Tan. Fabrum lib. 1. Epist. p. 216. Jonsum III 15. & Joachimum Kühnium τὸν μακαρίτην, Argentinæ suæ nuper decus, in pentade 1. quæst. philolog 1. Sic Julianus Imperator *κασιταυρῶν* dicitur Tetzæ Chil. XIII. v. 546. Paulo coactius tamen id mihi videtur, perinde ut altera, erudita licet Sirmondi conjectura, qui *Βαλανεώτην* legebat, hoc est *περλεργον* & *πολυπράγμονα*, in Epistola ad Holstenium T. 4. Opp. p. 656. Itaque nec Holstenio ipsi illa satis se probavit, ut testatum reliquit c. 5. vitæ Porphyrii. Cui Græco nomini quod pro Syrorum Malcho ipsa impostum à Longino est, apud Latinos respondet *Purpureoni* appellatio quo nomine apud Livium est L. Furius Purpureo XXVII. 2. &c.

Julian. pag. 19. dicitur ὅτι παιδεία κοσμικὴ δόξα ἔχων πρὸς ἑλλησι σὺν αἰγυπῇ. Quam eruditus vero disertusque fuit, tam parum sibi constans, ut Georgius Pisides de eo canit v. 1045.

Τῷ Πορφύριῳ γλώσσα μὲν τερηγυμνίης,  
Γιῶμης ὃ φύσις ἀσπαπὴν εἰδισμένη.

Sane in posterioribus scriptis suis multa tradidit (teste b) Eunapio) prioribus suis ingenii monumentis repugnantia. Licet quoque fuisset primitus Christianus, ut Socrates III. 23. pag. 200. testatur, & Augustinus X. 28. de C. D. innuit: acerbus tamen postea ac vehemens sacrae religionis nostrae evasit hostis & insectator, unde τὸ καθ' ἡμῶν ἀδυναρτουίαι πατῆρ. eidem Cyrillo audit lib. 3. p. 87. Ex discipulis ejus celeberrimus fuit Jamblichus, de quo infra dicturus sum. De Theodoro Asineni & aliis qui ex Porphyrii schola prodire, vide si placet Holstenium capite VI. De Opratiano Porphyrio, quem cum nostro quidam male confuderunt, dixi in Bibliotheca Latina.

## II. SCRIPTA PORPHYRII, quæ exstant.

Πυθαγόρα Βίβλ. Pythagora Vita, sed initio & extrema parte mutila, & forte fragmentum ex Porphyrii libro 1. Historiæ Philosoph. in quo de Pythagora egisse Porphyrium testatur Cyrillus IX. contra Julian. p. 300. ubi locus de Pythagoræ symbolis, qui in vita non extat, Vide & lib. III. pag. 87. Ex hac Jamblichus pleraque ad verbum in suam Pythagoræ vitam transtulit. Editionem libri Porphyrii meditatus fuerat Job. Wovverius, ut testatur c. 28. Polymathia p. 335. MStum Codicem ad Velferum miserat Ioh. Vincentius Pinellus, teste Hæschelio p. 985. ad Phonium. Primus edidit Græce, duobus ante obitum Wovverii annis Conradus Rittersbusius, Altdorfii 1610. 8. sine versione at cum notis, in quibus accuratam diligentiam laudat Holstenius p. 77. etsi leves illæ vocantur Jonfio p. 287. de scriptoribus Hist. Philos. Malchi nomen in MSto

b) Eunapius p. 21. φαίνεται δὲ ἀφικόμενον εἰς γῆρας βαδύ. Πολλὰς γὰρ τοῖς ἤδη πεπραγματευμένοις θεωρίας ἐναντίας κατέλιπε, ἵνα ἐπὶ ὧν ἐκ ἐπιτερόντι δόξασεν, ἢ ὅτι προῖων ἕτερα ἐδόξαζεν.

MSto Codice suo reperit Rittershusius, & sub *Malchi* nomine libellum edidit, non sane Malchi Philadelphensis, cui è Rittershusii conjectura tribuitur in Hydei Catalogo Bibl. Bodlejanæ, sed Malchi Tyrii, quem Græco nomine βασιλεία & πορφυρίων dictum esse jam observavi. Non adspernenda autem mihi videtur viri docti conjectura, qui Malchi nomen à librariis præfixum existimat, ut eo magis liber in manus hominum iret, cum Porphyrii scripta Christianorum Imperatorum edictis gravissime prohibita essent. Latine vertisse vitam Pythagoræ à Porphyrio scriptam *Johannes Donatus Ferrarius*, Mediolani 1629. 8. Anno post, vir doctissimus *Lucas Holstenius* Græce à se recensitam cum Latina sua versione & notis pereruditis, sed exiguam duntaxat partem libri illustrantibus (in pagina 17. enim subsistunt, auctore per iter in ultimam usque ut ait Sarmatiam suscipiendum impedito) vulgavit Romæ 1630. 8. Repetita dehinc editio ista Græcolat. Cantabrig. 1655. 8. adjunctis Arriani dissertationibus Epicteteis & opere Porphyrii περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Etiam Jamblichio de vita Pythagoræ nova cura à se exposito eruditissimus Vir Ludolphus Kusterus Porphyrium ex Holstenii editione, adjunctis Rittershusii notis, subjunxit Amst. 1707. 4. Transtulit etiam vitam Pythagoræ à Porphyrio scriptam *Andreas Schottus*, cujus versio latina MS. fuit in Bibliotheca Nic. Heinsii. Vide Catalogum ejus Bibl. parte 1. p. 253.

2. Περὶ Πλωτίνου βίης καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ, *De vita Plotini, & ordine Scriptorum ejus* liber, scriptus à Porphyrio circa annum ætatis LXX. ut è capite 23. colligas. Eunapio memoratus & Theodulo sive Thomæ Magistro in Epistola ad Iohannem Philosophum ap. Cangium Appendice ad glossar. Græc. p. 5. in ἀγγελικῶς βιβλίου. Plotini Enneadibus præmittitur, in Latinis & GræcoLatinis editionibus, quas si placet superiore capite recensitas vide, ubi & illam ipsam vitam integram cum Marfilii Ficini versione & notis meis brevibus exhibui. MStæ extat in Bibl. Augustæ Vindelicorum. Nam in Antonii Reiserl & μακαρίτης Catalogo librorum illius Bibliothecæ pag. 73. ubi memoratur Porphyrii Oratio de Vita Platonis & dispositione librorum ejus, legendum λόγος sive liber de vita Plotini.

3. Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, *de abstinentia ab esu animantium* ad Firmum Castritium \* condiscipulum & amicum suum, libri IV. quibus excutit rationes Heraclidis Pontici, Hermachi Epicurei, aliorumque Peripateticorum, Stoicorum & Epicureorum, singillatim Claudii Neapolitani in libro quem adversus eos qui à carniū esu abstinent scripserat. Primus illos Græce è Codice Mediceo edidit *Petrus Victorius*, præmissos Michaelis Ephesii Scholiis in IV. libros Aristotelis de partibus animalium & subjecta Porphyrii vita ab Eunapio scripta. Florent. 1548. fol. Latine primus circa idem tempus nec infeliciter vertit vir doctus *Jo. Bernardus Felicianus*, & præmissa ad Aloisium Michaëlium præfatione latine edidit Venet. 1547. 4. apud Johannem Gryphium. Rarius obvia est hæc interpretatio, & neutri interpretum qui postea libros hos latine verterunt visa, non *Francisco de Fogerolles* consiliario & Medico Regio, qui cum versione sua longe infra priorem subsidente, illos Græce & Latine edidit Lugd. 1620. 8. Neque *Johanni Valentino* cujus melior interpretatio & emendationes adjunctæ sunt in editione GræcoLatina librorum Porphyrianorum Cantabrigiensi A. 1655. 8. Argumenta autem quæ libris & sectionibus singulis ibi præmittuntur, Fogerollesii sunt, qui etiam suæ ἐκδόσεως carmen Heroicum de Apoche Pythagorica, & dissertationes quasdam de Virtutum mediocritate, Virtutibus Heroicis & abstinentia Christiana præmisit. Gallice libros Porphyrii vertit *Philippus Jacobus Maussacius*, Paris. 1622. 8. Editionem Porphyrii περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων ad MSS. Codices paravit olim etiam *David Hoeschelius*, ut cognoscitur ex ejus litteris ad Joh. Kirchmannum, post Gudiamas p. 187. Codex MS. hujus operis, Eusebio IX. præparat. Theodorito VII. & IX. Therapeut. Cyrillo contra Julian.

- Eum Porphyrius in vita Plotini cap. 7. laudat his verbis, ubi Plotinum in ejus prædio ad sextum lapidem ante Minturnas in Campania, versatum refert: Καρρίκιος ὁ Φίρμιος καλέμενος, ἀνδρῶν ἤ καὶ ἡμᾶς φιλοκαλώτατος γεγονώς, καὶ τοῦτε Πλωτίνου σεβόμενος, καὶ τῶν Ἀμελίων οἷα ἀκέτης ἀγαθός ἐν πᾶσιν ὑπηρετῶμενος, καὶ Παρφυρίῳ ἐμοιοῖσθα γησίῳ ἀδελφῶ ἐν πᾶσι προσεσχηκώς. Ibidem politicam vitam amplexum sive ad Remp. accessisse testatur.

Julian. IV. & IX. p. 310. X. p. 348. Hieronymo, Stobæo & aliis veteribus lecti, extat quoque Lipsiæ in Bibl. Paulina.

4. *Epistola ad Anebonem Ægyptium*, πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον, ex qua loca ampla servavit Eusebius in præparat. Evangelica lib. 3. p. 92. 97. 98. & lib. V. p. 192. 197—199. XIV. p. 741. & Theodorus I. Therapevt. p. 11. & lib. 3. p. 47. 48. Vide & S. Augustinum X. 11. de Civ. DEI. Quæstiones & dubia continet de Diis, dæmonibus eorumque natura & colendi eos atque ad illos accedendi ratione, ad quam respondet, & Porphyrii sæpe ipsius scitis dubitationes solvit sub *Abammonis* nomine delitescens *Jamblichus*, de cuius libro de mysteriis Ægyptiorum dicturus infra sum c. XXVIII. §. 2. Huic Epistolam istam cum Latina versione sua præmittens Vir præstantissimus Thomas Galeus, Oxon. 1678. fol. negat se illam satis integram potuisse in lucem proferre, sed *sciome*, inquit, *non Porphyrium sed Absyrtum aut Hippolytum aliquem tibi ponere.*

5. *Πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν*, *Sententiæ ad intelligibilia ducentes*, magnam partem è Plotino excerptæ, ac velut introductio quæpiam ad Plotini scripta. Latine ex *Marsilii Ficini* versione sæpius prodierunt cum *Jamblichus de Mysteriis Ægyptior.* & aliis scriptis pluribus, etiam inter *Ficini opera* T. 2. p. 870. seq. Paris 1641. fol. Græce viderunt lucem subjectæ libris Porphyrii *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων*, Florent. 1548. fol. Græce vero & Latine ad calcem eorundem librorum, cum versione *Francisci de Fogerolles* Lugd. 1620. 8. & cum versione meliori, *Luca Holstenii*, auctiores sex capitibus è Bibl. Vaticanæ Codicibus post vitam *Pythagoræ* à Porphyrio scriptam, Rom. 1630. 8. & Cantabrig. 1655. 8. In hac *Holsteniana* editione pro XXXIX. sunt capita sententiarum XLV.

6. *Ὅμηρικά ζητήματα*, *Homericæ quæstiones XXXII.* ad Anatolium, quas cum libello de antro *Nympharum* Græce edidit *Andreas Asulanus* Venet. 1521. 8. qui in præfat. *bunc*, inquit, *ex antiquis excerptum exemplaribus & solerti nostra, ut vides, repurgatum opera, tibi Lector nunc damus, daturi propediem & Didymum & Aristarchum, & quosquos alios Homeri optimos interpretes ex imis librorum sepulchris eximere poterimus.* Uterque Porphyrii libellus subjunctus scholiis minoribus in *Homerum* (quæ *Didymo* vulgo tribuntur) in edit. *Argentoratensi* 1539. 8. & ad calcem



Homeri cum iisdem scholiis excusi Græce Basil. 1551. 4. edente Joach. Camerario & Jacobo Micyllo. Has quæstiones latine verrisse se testatur Gesnerus epistola de scriptis à se editis p. 22. Sed edita non est, ejus, quod sciam, interpretatio.

7. *Moralis interpretatio errorum Ulyssis*, Πίτομο διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὀμηρον πλοῦσας & Ὀδυσσεύς μετὰ τινὲς θεωρίας ἡθικωτέρας Φιλοπνηθείου sine nomine auctoris edita Græce Hagenoæ per Obsoræum An. 1531. 8. & latine *Commodo Gesnero* interprete, Tiguri 1542. 8. ac denique Græce & Latine cum notis Jo. Columbi, Abœ A. 1678. 8. ad Porphyrium auctorem à quibusdam refertur.

8. *De Antro Nympharum* \* (Odyss. XIII.) περὶ τῆς Ὀδυσσεΐας, τῆς Νυμφῶν ἀντροῦ, allegorica & Philosophica commentatio, Græce sæpius edita cum Homericis Porphyrii quæstionibus, & cum Latina versione *Lucæ Holstenii*, subjuncta vitæ Pythagoræ ab eodem Porphyrio scriptæ, cujus utriusque libri editiones jam recensui. Vertit etiam *Gesnerus* & Latine edidit Tiguri 1542. 8.

9. Fragmentum ex libro *de Styge*, (ad illustranda loca Homeri Iliad. δ & Odyss. ε) servatum à Stobæo in Eclog. Phys. p. 129. seq. Antvverp. 1575. fol. & ex integriore Codice Antonii Augustini descriptum ab Andrea Schotto lib. V. humanar. Observationum Hanov. 1615. 4. Holstenius inde Rom. 1630. 8. ex MS. Vaticano emendatum ac suppletum cum sua versione sujunxit Porphyrii scripto de antro Nympharum, de quo jam dixi, atque inde A. 1655. 8. recensum etiam Cantabrigiæ est ex editione Holsteniana, cujus immemor Jacobus Tollius V. C. idem fragmentum ex Schotti editione etsi multis mendis inquinata vertit, & latine cum observationibus suis inseruit capiti duodetrigesimo Fortuitorum, Amst. 1687. 8. p. 230. seq.

10. *Εἰσαγωγή* \* sive libellus περὶ τῶν πέντε Φωνῶν. De quinque vocibus sive Prædicabilibus *Isagoge* in Sicilia à Porphyrio composita ad *Chrysaorium* discipulum, quæ cum Organo Aristotelis sæpissime edita est Græce & Latine, eidemque præmittitur

■ Confer præter interpretes Homeri Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis c. 12. Petrus Petrus de Sybilla II. 10. Mottanum Vayerum in Hexaemero rustico die 15.

■ Qui εἰσαγωγήν εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας inscribunt, verum quidem dicunt, sed alium quam auctor apponunt titulum. Vide Ammonium p. 18.

tur, ut dixi lib. III. c. IV. post num. 5. E Græcis veteribus exstant in hanc Isagogen Commentarius *Ammonii Hermæ* quibus permixta *Job. Philoponi* Scholia. Vide Holstenium in Porphyrii vita c. 7. & quæ supra de Ammonio dixi. Præterea Epitomas editas *Georgii Pachymeris* & *Mich. Pselli*, & ineditam *Neophyti*, de qua Lambecius lib. VII. pag. 256. tum *Georgii Scholarii* ac *Davidis* cujusdam scholia, nondum credo in lucem edita, & *Nicephori Blemmidæ* disquisitionem plus simplici vice vulgatam, quod nec plura \*\* nec pauciora sint prædicabilia quam quinque.

Latine vertit Isagogen Porphyrii, *Victorinus* Rhetor & Menantio inscripsit. Memorat *Isidorus* II. 25. Origg. In Victorini interpretationem exstat commentarius *Boëthii* ad Fabium, in libros 2. divisus, quo subinde Victorinum reprehendit. Exstat & alter *Boëthii* commentarius in suam ipsius versionem libri Porphyriani, quam simplicem magis & verbum verbo expressam composuit, libris quinque. Ex Arabibus eundem Porphyrii librum *Averroes* illustravit. Memorat & *Herbelotus* in *Bibl. Orientali* p. 501. voce *issa-gogi* extare Arabice prosa & versibus, & commentario illustratum. E recentioribus *Janutius Manettus* Florentinus, ut alios quamplurimos in præsentem mittam. Primus Græce edidit *Aldus* una cum *Aristotelis* libris *Logicis* Venet. 1495. fol.

- ¶ 1. In *Categorias* *Aristotelis* explanationem καὶ πῶς καὶ ἀποκρίσιν, per interrogationem & responsionem, memorat *Simplicius* in *Categorias* pag. 3. Latine vertit *Johannes Bernardus Felicianus*, cujus interpretatio *Johanni Casæ* *ArchiEpiscopo Beneventano*, *Pontificis Max.* apud *Venetos* Legato inscripta lucem vidit Venet. 1546 fol. apud *Hieron. Scotum*, & 1566. fol. subjunctis itidem Latine *Dexippi*\* qui *Jamblichi* discipulus fuit, in prædicamenta libris tribus quæstionum. Græca hujus explanationis Porphyriana editio prodiit *Parisiis* apud *Joannem Bogardum* A. 1543. 4. Aliud quoddam breve de decem prædicamentis apopasmation sub Porphyrii nomine editum est Latine ex *Antonii Gogavini* *Graviensis* versione ad calcem *Harmonicorum* *Aristoxeni* & *Ptolemæi*, Venet.

A a 2

1563.

\*\* Contra disputat *Vossius* de *Logicæ* *Natura* p. 64. seq.

\* De hoc dixi superiore capite §. 7. seq.

1563. 4. p. 162. ad 165. Incipit: *Jam vero de rebus agendum quas nonnulli sane decem categorias &c.*
12. *In naturalis etiam audientie libros* (Aristotelis *Φυσικῆς ἀκροάσεως*) explanationes edidit Porphyrius, ex quibus extant nonnulla. Hæc Felicianus Præf. ad Porphyrium in *Categorias*. Ipse enim nunquam vidi.
13. *In Harmonica Ptolemæi*, commentarius (desinens in capite VII. libri secundi) Græce & Latine cum *Job. Wallisii* versione prodit in Tomo tertio, operum viri hujus clarissimi. Oxoniæ 1699. f. Confer si placet quæ dixi supra libro IX. cap. 14. §. 12. *Eudoxio* hic commentarius à Porphyrio inscribitur, & quæ Porphyrius non absolvit, dicitur continuasse *Pappus Alexandrinus*. Porphyrii Commentarius antequàm in lucem ederetur laudatus est à *Patricio* discuss. *Peripatet.* T. 1. p. 85. *Bullialdo* ad *Theonem Smyrnæum*, *M. Meibomio* ad *Musicos veteres*, & lib. de proportionibus p. 190. &c. *Tho. Galeo* ad *Jamblichum* de *Mysteriis Egypti.* p. 182. *If. Vossio* de viribus rhythmici, *Holstenio* *Vita Porphyri.* c. 6. aliisque.
14. Tribuitur etiam Porphyrio *Isagoge in Ptolemæi tetrabiblon*, quam alii ad *Antiochum* referunt ut *Petrus Petitus* p. 133. *Observationum* & *Tho. Gale* ad *Jamblichum* de *Mysteriis Egypti.* p. 304. Codicem MS. allegans, è quo corruptissima, inquit, multa in editis emendare liceret. Illum intellige *Antiochum Astrologum*, qui in *Demophili* ad idem tetrabiblon scholiis p. 194. allegatur, & cujus *Apotelesmatica* sive thesauri *Apotelesmaticum* in variis occurrunt Bibliothecis manu exarati. Prodiit illa *Isagoge* Græce & Latine cum *Hieron. Wolfii* versione. *Basil.* 1559. fol. ante scholia *Demophili* & *Hermetem* de revolutionibus nativitatum.

## II. SCRIPTA PORPHYRII INEDITA.

1. *Isagoge* MS. præmissa *Grammatica* *Dionysii Thracis*, citatur à *Tho. Galeo* p. 198. ad *Jamblichum* de *Mysteriis Egyptior.* *De Profodia*, MS. *Venetis*, *Gesnero* teste, & in *Codice Vaticano* cujus prima verba dat *Holstenius* c. 7.  
*De Grammatica & regulis spirituum* è MS. *Colbertino* laudatur à *Can-*

gio in glossario Mediæ & infimæ Græcitatæ. Memini etiam Lipsiæ illam videre MSS. apud Rev. & clarissimum Virum D. Godfridum Olearium.

2. De *scholiis* ineditis Porphyrii ad Homerum dixi supra lib. 2. c. 3. §. 13. loca ex illis profert Ezech. Spanhemius\* desideratissimum omnibus doctis nomen, commentario eruditissimo ad Callimachum p. 193. 233 &c.
3. In *Platonis Philosophiam libros duos* Gesnerus scripsit suo tempore extare in Carpenſi Bibliotheca.
4. De *Virtutibus & Philosophiæ prologomena*, & alia in Organum Aristotelis, memorat Labbeus Bibl. nov. MSS p. 114.

#### IV. SCRIPTA PORPHYRII DEPERDITA.

1. Περὶ ἀγάλματων de statuis sive imaginibus Deorum. Eusebius III. 7. præp. Stobæus I. Eclog. Phys. MS. vide Holstenium c. 9. de Porphyrii Vita, & Galearum ad Phornuti cap. 2.
2. Περὶ ἀνοδοῦ ψυχῆς. De regressu anime, libri. Augustin. de C. D. X. 9. 10. 24. 26. 28. 29. 32. adde Holstenium c. 8. & quæ notavi ad Porphyrium Eunarii.
3. Περὶ ἑμίας εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἴρεσιν, de Philosophiæ Aristotelis & Platonis consensu libri VII. Suid. Alio spectat quod Proclus I. in Timæum p. 18. ait Porphyrium περὶ πατηκῆς δόξαις παρεμφέροντα λύνει τὰς Πλατωνικὰς δόξαις.
4. Expositio libri Aristotelis de Interpretatione. Boëthius 2. in Arist. de interpretat.
5. πρὸς Ἀριστοτέλῳ, περὶ ἑμίας εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν. Suid. Numquam anima entelechia sit, adversus Aristotelem.
6. In Aristotelis Categorias, ἐξήγησις τῶν κατηγοριῶν, lib. VII. ad Gedalium. Simplicius in Categ. testatus Jamblichum in Commentario proluxo ad easdem Categorias Porphyrii vestigiis strenue instituisse. Porphyrium ἐν τοῖς πρὸς Γεδάλιον laudat Eustath. ad Iliad. γ. p. 293. laudat & Porphyrium Boëthius in Categor. & Dexippus.
7. Περὶ ἀρχῶν, de Principiis libri II. Suid. Proclus 1. Theol. Platon. cap. 11.

\* Obijt octogenario major, hoc ipso anno 1710. mense Novembri, Londini, ubi potentiss. Regis Borussiae ad Serenissimam Reginam legatum gerebat.

8. περὶ ἀσωμάτων. *De incorporeis*. Svid.  
 βίαι Φιλοσόφων. Vide infra, Φιλοσόφῃ ἰστορίας.  
 πρὸς Γεδάλιον ἢ Γεδάλειον. Vide paulo ante, in *Aristotelis Categoriarum*.
9. περὶ ἑγνώσεως αὐτῆς, *de sui ipsius cognitione* libri IV. Svid. & Stobæus.
10. Γραμματικῆ ἀπορίας. *Dubia Grammatica*. Svid.
11. *Contra Diorthanis Rhetoris Apologiam pro Alcibiade in Symposio Platonis*. Porphyr. in Plotini vita c. 15.
12. Εἰσαγωγή (Rhetorica in Hermogenem) Schol. Aphthonii p. XVI.
13. Ἐπιγράμματα. Eustathius in Homer. non uno loco.
14. περὶ ἑφ' ἡμῖν, *de eo quod in nostra est potestate*, ad Chrysaorium. Stobæus Eclog.
15. *Contra spurium librum à Gnosticis falso sub Zoroastris nomine jactatum*. Porphyr. vita Plotini c. 16.
16. περὶ θεῶν ὀνομάτων, *de divinis nominibus*. Svid.  
 Librum *de allegoriis Græcæ & Ægyptiacæ Theologiæ περὶ τῆς ἀλληγορικῆς Ἑλληνικῆς καὶ Αἰγυπτιακῆς Θεολογίας* Porphyrium scripsisse Petavius ad Julianum p. 88. colligit ex Eusebii III. 10. seq. præparationis & illum ipsum esse librum quem se legisse negat Julianus Orat. V.
17. Εἰς τὸ θεοφράστῃ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως. *In Theophrastum de affirmatione & negatione*. Boëthius I. in Aristot. de interpretatione.
18. Εἰς τὸ θεοκυδίδῃ προοίμιον, πρὸς Ἀρτείδω. *In præmium Thucydidis, adversus Aristidem* (Rhetorem) libri VII. Svid.
19. περὶ ἰδεῶν, πρὸς Λογγίνον. *De Ideis adversus Longinum*. Porphyr. vitâ Plotini.
20. Ὁ ἱερὸς γάμος, *sacrum connubium* Poëma in Platonis natali recitatum. Porphyrius ipse in Plotini vita cap. 15. Confer Holsten. cap. IX.
21. Εἰς πλὴν ἑβραϊκῆς καὶ χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας ἰστορίας *In historiam Juliani Philasophi Chaldaei* libri IV. Svid. De hoc Juliano dixi supra lib. 1. c. 36. §. 11.
22. περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας. *de Philosophia ex Oraculis* libri. Eusebii in libris præparat. sæpissime & V. 10. ubi vocatur ἡ τῶν λογίων συναγωγή. Male apud Firmicum de errore profan. relig. c. 14. legitur ἄλογίων, uti apud Augustin. XIX. 23. de Civ. Dei θεολογιῶν φιλοσοφίας. Vide Holstenium cap. 9. de Vita Porphyrii, & Jonsium p. 289. seq. horumque observatis adde quod apud Philoponum quoque IV. 20. de creatione  
 simi-

- similiter male scribitur περι εκλογῶν. Πορφύριος ὁ περι πᾶ-  
 σαν ἀγυρτίαν ἐσσηδακῶς ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ ἔχει περι ἐκ λογίων Φι-  
 λосоφίας σωταίγματῶν &c. Laudat & hos Porphyrii libros plus  
 simplici vice Theodoritus Therapeut. Quare non assentior  
 elegantissimo Fontenello, qui hoc opus Porphyrio supposito  
 esse suspicatur in Historia Oraculorum. At nec erudito  
 assentior auctori\* qui adversus Fontenellum de Oraculis Galli-  
 ce scripsit (Argentorat. 1707. 8.) & hos Porphyrii libros p. 37.  
 putat innui ab Eunapio, cujus verba longe aliter intelligenda  
 esse ostendi in notis ad Eunapium.
24. πρὸς Μαρκέλλαν γυναικα. Liber ad Marcellam conjugem. Eunapi-  
 us in Porphyrii vita. De hac Marcella Cyrillus VI. contra  
 Julian. p. 209. Πορφύριος ἡ τῆς Μαρκέλλαν ὑπεργάσταυ μὴ  
 τῆ φιλοσοφίας φησὶν, εἰσοικίσασθαι ἡ ἀσμεῖως, καὶ συμβιωτέεν  
 ἐλέσθαι γαμικῶς.
25. Εἰς τῆς Μινυκιανῆς τέχλων. In Minutiani artem Rhetoricam. Suid.
26. ὁ πρὸς Νημέρτιον λόγῶν. Liber ad Nemertium. Cyrill. III. con-  
 tra Julian. p. 79. 85. 95. V. p. 166. è quo Holstenius c. 9. col-  
 ligit egisse de DEI providentia.
27. Ὅτι ἔξω ἔχει νῦν ὑφέθηκε τὸ νόημα, quod ea quæ intelliguntur extra in-  
 tellectum consistant, ad illud Zoroastreum: ὄρα μάθης τὸ νοητὸν  
 ἐπεὶ νῦν ἔξω ὑπάρχει. Hoc scriptum ab Amelio oppugnatum  
 Porphyrius Apologia adversus Amelium composita defendit,  
 quam cum iterato scripto Amelius confutasset, Porphyrius ar-  
 gumentis ejus motus dedit manus & palinodiam scripsit, ut  
 ipse testatur in Plotini Vita, c. 18. Contra Porphyrium dein-  
 de de ideis scripsit Longinus. id. c. 20.
28. περι τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας. De Homeri Philosophia. Suid.
29. περι τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων, de utilitate quam reges ex  
 Homero capere possunt, libri X. Suid.
30. περι τῶν ἀλελειμμένων τῶ ποιητῆ ὀνομάτων. De vocabulis ab Homero  
 omisiss. Schol. Homeri ad Iliad. p. 250. & 314.
31. Παραδοξῆς ἱστορίας libri tres, de differentia Phœnicia & Græcæ Phi-  
 losophiæ, quos inter Porphyrii scripta refert Vossius II. 16.  
 Hist. Gr. p. 244. Philonis Byblii sunt non Porphyrii, ut pate-  
 bit inspicienti Eusebium lib. I. cap. 9. præparat. p. 32. Idem  
 dicendum est de reliquis duobus, quæ apud Vossium sequun-  
 tur

\* Est is Franciscus Baldus, Collegii S. I. Argentorati Professor.

- tur libro περι Ἰσθαίων & ἑθωδιῶν ὑπομνήμασι. Vide Eusebium lib. 1. c. 10. p. 40. & 41.
32. περι τῶν κτ' Πίνδαρον, & Νείλας πηγῶν. *De fontibus Nili* (ad Pindari Isthm. VI. Epod. 1. v. 33.) Suid.
33. Multos Plotini libros interpretatum esse Porphyrium testatur Euparius in hujus vita, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων ἐρμηνεύσεις αὐτῷ φαίνεται. Confer infra περι ὕλης, & Porphyrium ipsum vita Plotini c. ult.
34. Εἰς τὸ Σοφιστῶν & Πλάτωνος. *Commentarii in librum Platonis qui Sophistes inscribitur.* Boëth. præfat. libri de divisione.
35. περι συλλογισμῶν κατηγορικῶν *de categoricis syllogismis liber.* Boëth. I. in Aristot. de interpretatione, & dialogo 1. in Porphyrii Isagogen à Victorino translata.
36. Συμμικτων ζητημάτων, *Miscellaneous questionum libri VII.* Suid. Laudat & Porphyrii σύμμικτα Proclus 2. in primum Euclidis p. 16. & σύμμικτα προβλήματα ad lib. IV. Politic. Platonis p. 415.
37. τὰ εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνήματα. *Commentarii in Timæum Platonis.* Macrobius II. 3. in somnium Scip. Proclus in Timæum, passim. Johannes Grammaticus contra Proclum de mundi æternitate VI. 10. & 15.
38. περι ὕλης, *de materia prima libri VI.* Suid. Æneas Gazæus in Theophrasto p. 56. edit. Barthii, ubi ait eum in illo opere Plotini διανοῖξαι βιβλίον, librum intellige Plotini περι ὕλης. Ennead. 2. lib. IV.
39. φιλολόγῃς ἱστορίας *Philologica Historie libri V.* Suid. & Eusebius X. 3. præparat. qui locum prolixum de furtis sive plagii scriptorum profert ex libro 1. Porphyrii φιλολογίας ἀκροάσεως. adde Jonsum p. 287.
40. φιλοσόφῃς ἱστορίας, *Historia Philosophica libri IV.* quibus Philosophorum dogmata & vitas est persecutus usque ad Platonem. Vide Holstenium de scriptis Porphyrii cap. 7. Vossium II. 16. de Hist. Gr. p. 243. seq. & Jonsum p. 287. qui perperam affirmat hoc opus divisum fuisse in libros quinque. Fragmentum ex hoc opere videtur quæ exstat Vita Pythagoræ de qua dictum est ante inter edita Porphyrii scripta.
41. Κατὰ Χριστιανῶν, *Adversus Christianos libri XV.* quos in Sicilia \* à Porphyrio

\* Hinc Porphyrius quibusdam veteribus dicitur Siculus, ut S. Augustino de consensu

phyrus compositos testatur Eusebius & Hieron. De hoc opere vide Socratem III. 23. Hist. Holstenium in vita cap. 3. & 10. Tillemontii Hist. Imperatorum T. IV. p. 118. & Joh. Andreae Bosii Epistolas ad Reinesium p. 66. seq. In Pseudo Dextri Chronicis ad A. C. 310. legas, triginta circiter scriptores Catholicos & in his nonnullos Hispanos adversus Porphyrii blasphemias scripsisse. Equidem *Apollinaris* Laodicenus triginta libris Porphyrium confutaverat, quem memorat etiam Vincentius Lirinensis, & Eusebio ac Methodio *Ἐπι. πολὺ κερταῖν* sive multum præferendum duxit Philostorgius VIII. 14. *Eusebius* libris quinque; & viginti teste Hieronymo Epist. ad Magnum Oratorem. Vide Socratem III. 23. p. 200. *Methodius* in opere adversus Porphyrium quod Hieronymo teste, processit ad decem millia usque versuum, & cujus pauca quædam fragmenta collegit Combefisus. Confer Jac. Gothofredi notas p. 347. seq. ad *Philostorgium*, qui & ipse se adversus Porphyrium scripsisse testatur X. 10. Cæterum Nicephorus X. 36. ubi ait Origenem adversus Marcellum & Porphyrium scripsisse, pro Origene Eusebium nominare debuit, cujus adversus Marcellum Ancyranum libri etiamnum extant. In Conringianis, Helmstadii A. 1708. 12. editis p. 71. legas Salvium multum laborasse ut hos Porphyrii libros sibi compararet, quos ex Is. Vossio intellexerat clanculum asservari hodieque Florentiæ in Bibliotheca magni Ducis. Sed non potuit sibi persuadere Conringius, adhuc superesse opus, quod jam pridem undique conquistum & auctoritate publica combustum constat ex edicto Theodosi Imp. Constantini & Philosophus porro quem Lactantius V. 2. tres libros in Bithynia adversus Christianos scripsisse affirmat, alius à Porphyrio est, ut notavit Tillemontius T. 4. Hist. Imperat. p. 531.

42. *Ἐπι ψυχῆς de anima, adversus Boëthum\*\* libri V.* Eusebius præparat.

B b

sensu Evangelistarum lib. 1. c. 15. In Siciliam profectus est anno ætatis 35. CHRISTI 268. Vide vitam Plotini c. 5. 6. & 11. Holstenium c. 2. Ex Sicilia videtur in Africam trajecisse, nam Carthagine versatum se inquit lib. 3. de abstinentia ab animatis p. 251. Fallitur autem haud dubie Octavius Cajetanus S. J. qui in Isagoge postuma ad historiam sacram Siculam (edita Panormi 1707. 4.) c. 34. p. 238. seq. Porphyrium Siculum a Tyrio distinguit.

\*\* Holstenius eumque secutus Tillemontius T. 4. Hist. Imperat. p. 116. intelligit Boëthum Sidonium Peripateticum Augusti temporibus clarum, Jonsius Boëthum



- parat. XIV. 10. p. 812. seq. 818, Theodoritus Therapeut. 1. p. 11. Suid. in Πορφύρ. Respicit & Nemefius de anima.
43. περι τῶν ψυχῆς δυνάμεων, de facultatibus anima. Stobæus Eclog. Vide & supra περι αἰόδα ψυχῆς, & περὶ Ἀεστέλλω περι ἔμῃ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐπιλέχειαν.

## V. Index Scriptorum

### *In universis Porphyrii scriptis allegatorum.*

- De abstin.* de abstinence ab animal. paginas allegavi edit. Lugdunensis.
- In Categor.* edit. Latinam Feliciani Venet. 1546. fol.
- Plotin.* Vitam Plotini, in sectiones distributam, qualis supra à me exhibetur.
- De X. predicamentis,* latine à Gogavino Venet. 1563. 4.
- Quæst Homer.* allegantur numeri quæstionum Homericarum.
- Ptolem.* Commentarium in Ptolemæi Musica, edit. Oxon. 1699. fol.
- De Antro.* De antro Nympharum, edit. Græcæ Argent. 1539. 8.
- Pythag.* Vitam Pythagoræ edit. Rom. 1630. 8. *Sententiarum* numeros, & in *Fragm. de styge* paginas edit. Cantabrig. &c.
- Adelphius, Christianus.* *Plotin.* c. 16.
- Adrastus Peripateticus* ἐν τοῖς εἰς τὸν Τίμοχον. *Ptolem.* p. 270. ejus scripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* c. 14.
- Ægyptii.* *de antro* p. 62. 70. *de abstin.* lib. 1. p. 41. lib. 2. p. 138. (πάντων λογώτατοι. 168.) 236. lib. 3. p. 284. Eorum propheta & sacerdotes, ἱεροσολισαῖ, ἱερογραμματοεῖς, ἠρολέγοι, πασοφόροι, ἰεωκίροι &c. lib. 4. p. 371. ὕμνωδός p. 374.
- Ab Ægyptio* \* edoctum se profitetur *de abstin.* lib. 2. p. 212.
- Ægyptiorum* μοχλοσφραγιστικὰ βιβλία. lib. 4. p. 366. Confer quæ de his dixi lib. 1. c. 11. §. 5.
- Ælianus Platonius* *Ptolem.* pag. 266. ἐν τῷ δότρω τ̄ εἰς τὸν Τίμοχον ἐξηγητικῶν. *id.* p. 216. 218. 270.

### Æschi-

Boëthum Platonium Porphyrii ætati propiorem, quod mihi magis placet. Laudatur is Boëthus una cum Plotino, Harpocrate, Amelio & Porphyrio apud Æneam Gazæum p. 16 Theophrasti

- \* Forre hic Ægyptius sacerdos, de quo & in vita Plotini c. 10. fuerit Anebo ille ut fas est suspicari, ad quem Epistola Porphyrii, de qua inter scripta ejus edita dixi num. 4.

- Æschinis dictum eandem officinam à fabro ærario ærariam, à fullone fulloniam dici. *de X. predicament. p. 164.*
- Æschyli fratrum pæan in Apollinem. *de abstin. lib. 2. p. 151.*
- Æschylus. *de abstin. lib. 3. p. 292.*
- Agenoria secta Musicorum ante Aristoxenum. *Ptolem. p. 189.*
- Agonia secta Musicorum post Aristoxenum. *Ptolem p. 189.*
- Ἀλκμανικὸν ᾠήμα. *quest. Homer. 7.*
- Alexandri Peripatetici scripta apud Plotinum lecta. *Plotin. c. 14.*
- Alexandri Libyci συγγραμματα *Plotin. c. 16.*
- Alexander ὁ Κοτυαῶς *quest. Homer. 7. 8. & 25.* reprehensus de Herodotei loci castigatione à Philemone, *id. quest. 8.*
- Allogenis Apocalypses. *Plotin. c. 16.*
- Amelius Tuscus Plotini discipulus cujus scripta habuit ex autographo ejus descripta. *Plotin. c. 20. Mentio & c. 1. 2. 3. 7. 10. 19.* Longini amicus & Porphyrii.
- Ejus scripta c. 2. 3. 17. 18. libri quadraginta contra librum Zostriani. c. 16. Vide & infra in Longino, Numenio & Porphyrio. Gentilianus cognomine. c. 7. 20. Amerius dici maluit. *id. Romæ vixit c. 20.*
- Amphiclea Aristonis filia, Jamblichi filii uxor, discipulæ Plotini. *Plotin. c. 9.*
- Ammonius Alexandrinus Plotini præceptor *Plotin. c. 3. & Theodosii. c. 7. Platonius. c. 20.* ubi Longinus testatur se cum illo & Origene plurimum temporis versatum esse.
- Ammonius Peripateticus φιλολογώτατος & λόγος ἰπιδεκτικὸς. nihil scripsit præter ποιήματα & λόγους ἰπιδεκτικὸς. *Plotin. c. 20.*
- Anatolio inscribit Porphyrius quæstionum Homerocarum librum.
- Annius Stoicus. *Plotin. c. 20.*
- Antimachi opera emendavit Zoticus Plotini discipulus. *Plotin. c. 7.*
- Antipater, *de abstin. lib. 3. p. 315.*
- Antiphanes (Comicus) ἐν μύθῳ. *de abstin. lib. 2. p. 151.*
- Antiphon ἐν τῷ περὶ βίης τὸ ἐπ' ἀρετῆς πρῶτωσυνώτων. *Pythag. p. 5. ἔσθ' ἀπὸδ Cyrillum X. contra Julian. p. 340.*
- Antonius Rhodius Plotini discipulus. *Plotin. c. 4.*
- Apio. *quest. Homer. 16.*
- Apis primus leges tulisse dicitur Græcis. *de abstin. lib. 3. p. 283.*

- Apollodorus, *de abstin.* lib. 2. p. 224.  
 Apollonius ἐν τοῖς περὶ Πυθαγόρου *Pythag.* p. 2.  
 Ἀπολλώνιος ὁ διδάσκαλος ἡμῶν *Quaest. Homer.* 25.  
 Apolonius Molonis *quaest. Homer.* 4.  
 Apollonius Tyranensis. *Pythag.* p. 18. *de abstin.* lib. 3. p. 246. ἡρώτων τῶν  
 βραχυμασίων. *de styge* p. 285.  
 Aquilinus Christianus, *Plotin.* c. 16.  
 Οἱ δὲ χαῖοι (Pythagorici) *Sentent.* 18. 40.  
 Archestratia Musicorum secta post Aristoxenum, *Ptolem.* p. 189.  
 Archilochus, *quaest. Homer.* XI.  
 Archippus Πλάτων, *quaest. Homer.* I.  
 Archytas Tyrentinus, *Ptolem.* p. 210. 267. 269. 277. 280. Pythago-  
 ricus p. 313. cujus scripta maxime γήσια in exponendis Py-  
 thagoricorum scitis. p. 236. ἐν τῷ περὶ μαθηματικῆς. *ibid.* περὶ  
 μουσικῆς. p. 267.  
 Aristarchus Grammaticus. *in Categor.* p. 5. b. 6. b. 24. b. *quaest. Homer.* 25.  
 Οἱ Ἀριστάρχειοι. *quaest. Homer.* 8.  
 ὁ βέλπις Ἀριστοφάνης (Grammaticus) *quaest. Homer.* 8.  
 Aristo *Plotin.* c. 9. Jamblichi socer. *id.*  
 Aristoteles, *Ptolem.* p. 220. 221. 223. 223. 227. *quaest. Homer.* 25.  
 σύγγραμμα περὶ ἀκυσῶν. *Ptolem.* p. 231. totum fere insertum p.  
 246. --- 254.  
 περὶ αἰσθητικῆς καὶ αἰσθητῶν, *Ptolem.* p. 329.  
 περὶ ζώων φύσεως *quaest. Homer.* 8. ad idem opus respicit *de abstin.*  
 lib. 3. p. 257. 259. 265. 270. 276. Aristotelem laudans &  
 p. 283. οἱ καὶ μέρῃ περὶ τῶν ζώων συγγράμματος.  
 Methaphysica, *in Categor.* p. 23. 25.  
 περὶ συμβόλων ἔν Πυθαγόρῃ *Pythag.* p. 27.  
 Ex Aristotelis Physicis plures sententias petiit Plotinus. *Plotin.*  
 c. 14.  
 β περὶ ψυχῆς. *Ptolem.* p. 228.  
 Aristoxenus Musicus. *in Categor.* p. 24. b. De differentia sectæ Musi-  
 corum Aristoxeniæ à Pythagorica scripsit Didymus. *Ptolem.*  
 p. 209.  
 αὐτῶν ἀρμονικῶν στοιχείων, *Ptolem.* p. 297.  
 δὲ περὶ μελοποιίας. *Ptolem.* p. 298.  
 ἐν τῷ περὶ τῶν Πυθαγόρου βίβλ. *Pythag.* p. 41, respicit & p. 6. 14. 42.  
 Artemidorus Ephesus, *de antro* p. 58.

Asclepiades Cyprius. *de abstin.* lib. 4. p. 395. ἐν τῷ περὶ Κύπρου καὶ Φοινίκης p. 396.

Aspasii Peripatetici scripta apud Plotinum lecta *Plotin.* c. 14.

Athenæus Stoicus, Athenis, *Plotin.* c. 20.

Athenodorus *in Categor.* p. 2. Stoicus, libros adversus Aristotelis prædicamenta scripsit, p. 10. Vide & infra Cornutus.

Τὸν Ἀτλαντικὸν (λόγον apud Platon.) εἰς ποιήσιν μετέβαλε πᾶν ποιητικῶς Zoticus Plotini discipulus. *Plotin.* c. 7.

Atticus, *in Categor.* p. 4. Platonius cujus scripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* c. 14.

Bardesanes ὁ ἐκ Μεσοποταμίας. *de styge* p. 282. Antonino Imperante scripsit de lacu probationis apud Brachmanes. id. seq. Babylonius, Περὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονώς καὶ ἐντυχῶν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν (al. Δάνδαμιν) πεπεμημένους Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα. *de abstin.* lib. 4. p. 405.

Boëthus in *Categorias Aristotelis*, *in Categor.* p. 2.

Cajus (Γαῖος) Platonius, cujus scripta apud Plotinum lecta, *Plotin.* c. 14.

Callimachus ἀκρεβέστετος καὶ πολυμαθέστετος. *quest.* Homer. 4.

Canonici Musici *Ptolem.* p. 267.

Carneades, *de abstin.* lib. 3. p. 296.

Carterius pictor, *Plotin.* c. 1.

Firmo Castricio Porphyrius inscripsit libros quatuor περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων.

Castricii mentio *Plotin.* c. 2. ubi male editum in Basil. καπρικίαι, & c. 7. ubi laudatur, Plotini & Amelii discipulus.

Chæremón, Stoicus ἀφηγέμενος ἕως καὶ φιλοσόφους ὑπολήφθαι φησὶ παρ' Αἰγυπτίοις. *de abstin.* lib. 4. p. 360. αὐτῆς Φιλαλήθης καὶ ἀκρεβῆς ἐντε τοῖς σωϊκοῖς πραγματικῶτατα φιλοσοφίαις, p. 371.

Chione Plotini contubernalis. *Plotin.* c. 11.

Chrysaorio discipulo suo Porphyrius inscripsit *Isagogen* de quinque prædicabilibus, & librum deperditum περὶ ἑφ' ἡμῖν.

Chrysippus, *de abstin.* lib. 3. p. 295.

Claudii Neapolitani liber πρὸς τοῦ ἀπεχομένης τῶν σαρκῶν. *de abstin.* lib. 1. p. 7. (29.) 49.

Cleanthes ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν, *Pythag.* p. 1.

[Cleomenis Regis dictum, *de abstin.* lib. 3. p. 305.

Cornutus, *in Categor.* p. 2. in Rhetoricis suis artibus, & in iis quæ ad Athenodorum scribit. p. 10.

- Craterus Medicus, *de abstin.* p. 36.  
 Cratinus, *quest. Homer.* 8.  
 Cretenſes ſacræ columnæ αὶ ἐν κῦρβεσιν σήλαι αὶ τῶν κρήτηθεν εἰς Κορυβατικῶν ἱερῶν οἷον αὐτίγραφα, *de abstin.* lib. 2. p. 157.  
 Critias, *de abstin.* lib. 4. p. 352.  
 Cronius *de antro* p. 57. Numenii ἐταῖρος, *ibid.* p. 67. Platonicus. Ejus ſcripta apud Plotinum lecta. *Plotin.* c. 14.  
 Cynici, *de abstin.* p. 84.  
 Damonis ſecta Musicorum ante Ariſtoxe-num. *Ptolem.* p. 189.  
 Darii, Hyſtaſpis F. monumentum quo ſe Magorum diſcipulum eſt profeſſus. *de abstin.* lib. 4. p. 399.  
 Demetrius *Ptolem.* p. 269. Mathematicus, p. 267. ἐν τῷ περὶ λόγου σακ-φῆς contra Diodorum, p. 267.  
 Democrates, *de abstin.* lib. 4. p. 430.  
 Democritus, *de abstin.* lib. 3. p. 259.  
 Democritus Platonicus. *Plotin.* c. 20.  
 Demoſtrati ſυγγραμματα, *id.* c. 16.  
 Dicæarchus. *Pythag.* p. 11. accuratioribus accenſetur p. 38. Peripate-ticus τῶν πωτόμως τε οὐκ ἀκρεβῶς πὶ Ἑλλῆνικαὶ συναγαγόντων, ὅς τὸν δευτεῖον οἶον τῆ Ἑλλάδος αἰφηγέμενος. *de abstin.* lib. 4. pag. 343. 344. 347.  
 Didymus. *Ptolem.* p. 280. Musicus. Ejus ſύγγραμμα περὶ τῆ διαφορῆς τῶν Ἀριſτοξενείων καὶ Πυθαγορείων. 209 189. 210.  
 Diodorus. Vide ſupra in Cornutus.  
 Diogenes, *Pythag.* p. 21. ἐν τοῖς ὑπὲρ Θάλλω ἀπίστοις. p. 6.  
 Diogenes (Cynicus) *de abstin.* lib. 1. p. 94.  
 Dionysiphanes *Pythag.* p. 9.  
 Dionysius *Ptolem.* p. 269. 277. Musicus ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὁμοιοτήτων. p. 219. Halicarnaffenſis, p. 267.  
 Diophanis Rhetoris Apologia pro Alcibiade in Sympoſio Platonis de-bacchante. *Plotin.* c. 15.  
 Draconis Lex, *de abstin.* lib. 4. p. 433.  
 Duris Samius ἐν δευτέρῳ τῶν ὠρῶν (ita & Schol. Euripid. ad Hecub. v. 934. ſed Voſſius de Hiſt. Græcis p. 97. malit ὄρων (*de finibus Sa-miorum*) *Pythag.* p. 3.  
 [ Eleuſinia ſacra. *de abstin.* lib. 4. p. 402. ὅστις ἢ Φαſμάτων φύσιν ἰδὼρῆσεν i. e. qui ſpectacula in illis Myſteriis vidit. *id.*

- Empedocles** *de abstin.* lib. I. p. 3. 7. 8. lib. 3. p. 259. versiculi sex de Pythagora. *Pythag.* p. 20. alii ejus versiculi, *de abstin.* lib. 2. p. 157. 158. 172. (Euseb. IV. 14. præparat.) 181.
- Empedoclis** quoque verba sunt *sentent.* 41. Φυγὰς θεῶν καὶ ἀλήτης.
- Epicharmi** dictum ἕως ἑρᾶ, ἕως ἄκρας. *de abstin.* lib. 3. p. 05.
- Epicurus**, *de abstin.* lib. I. p. 107.
- Epicurei**, *Ptolem.* p. 216. *de abstin.* lib. I. p. 7. 12. 28. 96.
- Epidaurii** templi inscriptio ἀγὼν γῆς ναοῖοι θυωδέου ἐντὸς ἰόντων ἐμφα-  
μασι. *de abstin.* lib. 2. p. 155.
- Epigonia** secta Musicorum ante Aristoxenum, *Ptolem.* p. 189.
- Eratosthenes**, *Ptolem.* p. 267.
- Eubulus**, *de antro* p. 59. Athenis, Platonicus Διδάσκαλος c. 15. ejus συ-  
γράμματα ὑπὲρ πινων Πλατωνικῶν ζητημάτων, *Plotin.* c. 15. Ex-  
positio in Philebum & Gorgiam, & de his quæ Aristoteles  
Platonis Reip. opponit. c. 20. Vide & infra *Symbulus*.
- Euclidis** σοιχειωτὴ ἢ κανὼν καὶ κατατομή. *Ptolem.* p. 267. 269. 272.
- Euclides** Platonicus. *Plotin.* c. 20.
- Eudemus**, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Ἀριθμητικῆς ἰσορίας, *Ptolem.* p. 288.
- Eudoxio** inscribit Porphyrius suos in Ptolemæi Musica commen-  
tarios.
- Eudoxus** ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῆς γῆς περιόδῳ *Pythag.* p. 5.
- Evelpis Carystius**, *de abstin.* lib. 2. p. 224. (Euseb. IV. 16. præparat.)
- Euphantus** ex Ægyptio idiomate in Græcum interpretatus orationem  
ὑπὲρ τῆς νεκρῆς. *de abstin.* lib. 4. p. 379.
- Euripidis** versus: πρῶτον μὲν εἶδεν ἄξιον τυραννίδος. *de quinque voc.* alii,  
de animantium cognatione cum hominibus, *de abstin.* lib. 3. p.  
324. de Iovis Prophetis in Creta, lib. 4. p. 416. seq.
- Eustochius**, *Plotin.* c. 2. Alexandrinus Medicus. c. 7.
- Firmicus** Castricius. supra in Castritius.
- Ad Gedalium** Porphyrius scripserat libros VII. exegeticos τῶν κατηγο-  
ριῶν qui interciderunt.
- Gentilianus**, vide supra in Amelio.
- Gemina mater & filia**, Plotini discipulæ. *Plotin.* c. 7.
- Hebræi**. *de abstin.* lib. 2. p. 236.
- Heliodorus** Alexandrinus Peripateticus. *Plotin.* c. 1. c.
- Heraclidis** εἰσαγωγή Μυσική. *Ptolem.* p. 213.
- Heraclides** Ponticus. *de abstin.* lib. 1. p. (8.) 49.
- Heraclitus**, *de antro* p. 62. 63.

- Heratoclea secta Musicorum ante Aristoxenum. *Ptolem.* p. 189.
- Herennius Plotini condiscipulus, Ammonii dogmata prodit, *Plotin.* c. 3.
- Hermachus Epicureus. *de abstin.* lib. 1. p. (12.) 49.
- Herminus, *in Categor.* p. 2. 16. Stoicus, *Plotin.* c. 20.
- Hermippus ἐν δούτῳ περὶ τῶν νομοθετῶν *de abstin.* lib. 4. p. 431.
- Hermippea secta Musicorum post Aristoxenum. *Ptolem.* p. 189.
- Herodotus. *quest. Homer.* 8. Αἰγυπτιακὴ βιβλ. liber secundus, *ibid.* ubi de Alexandro Cotyaensi & Philemone super descriptione loci Herodotei disceptantibus.
- Hesiodus, *Pythag.* p. 21. *de antro* p. 71. *de abstin.* lib. 1. p. 10. lib. 2. p. 153. lib. 3. p. 338. (ex 1. Ἔργ. v. 118. seq.) lib. 4. p. 421.
- Hippobotus. *Pythag.* p. 42.
- Hippocrates Medicus, *in Categor.* p. 24. b.
- Homerus *de abstin.* lib. 2. p. 231. (ex *Iliad.* α. 315.) lib. 3. p. 297. lib. 4. p. 342. 425. *Pythag.* p. 17. *in Categor.* p. 4. b. *quest. Homer.* & *de antro.*  
 ἐν τῷ ὄρασμαίαις. *quest. Homer.* 8.
- Hymnus in Apollinem. *de antro* p. 60.
- Hyperides ἐν τῷ κτ' Δημάδῃ. *quest. Homer.* 1.
- Jamblichi filii uxor Amphiclea, Aristonis filia. *Plotin.* c. 9.
- Indorum Gymnosophista. *de abstin.* lib. 4. p. 404. Brachmanes & Samanæi. *ib.* seq.
- Josephus ἐν τῷ δούτῳ τῆ Ἰσραϊτικῆς ἱστορίας ἢ δι' ἐπιὰ βιβλίων συνεπαλήρωσε, *de abstin.* lib. 4. p. 381. ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆ δεχαιολογίας ἑξήκωσι βιβλίων ἐπιγραμμάτω, p. 382. καὶ ἐν τῷ δούτῳ τῷ πρὸς οὐτ' Ἑλλῶνας, εἰσι ἡ δὺς τὰ βιβλία. *ibid.*
- Ister (Ἰστῶ) ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν κρηλικῶν *de abstin.* lib. 2. p. 225. (Euseb. IV. 16. præparat.)
- Judæi, *de abstin.* lib. 2. p. 167. lib. 4. p. 380. seq. τριτὴν ἰδέαν φιλοσοφῶν apud Iudæos. p. 381. *de Esæis illorum* p. 382. --- 393. quem locum respicit Cyrillus Porphyrum laudans V. contra Julian. p. 180. Sacri Judæorum libri & Prophetarum apophthegmata. p. 393.
- Latini τῇ σφᾶν ἀφ' ἑκτῶ. *de abstin.* lib. 4. p. 401.
- Longinus Φιλαρχαῖος. *Plotin.* c. 14. κριτικώτατος, ἐλλογιμώτατος, ἐλεγκτικώτατος c. 20. φιλόλογος non φιλόσοφος *Plotini* iudicio. *ibid.* Εἰς

Ejus liber *περὶ δερχῶν* apud Plotinum lectus, *ibid.* librum *περὶ ὀρμῆς* Cleodamo & Porphyrio dicavit. c. 17. Epistola ad Porphyrium, qua ex Sicilia ad se venire in Phœniciam & Plotini scripta emendata ad se afferre rogat c. 19. libri superstiti adhuc Plotino scripti *πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμελίον περὶ τέλης* proœmium, c. 20.

Lycurgus Lacedæmonius. *de abstin.* p. 348. 353.

Lycus *ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰσραηλῶν, Pythag.* p. 4.

*Λυδῶν συγγράμματα. Plotin.* c. 16.

Lysimachus Amelii Præceptor, *Plotin.* c. 3. Stoicus c. 20.

Ad Maccabæorum Historiam respicere videtur, *de abstin.* lib. 1. p. 5. seq. lib. 2. p. 236. seq. lib. 3. p. 391.

Magi Persarum, *de abstin.* lib. 4. p. 398. Darius Hytaspis Magorum discipulus. p. 399.

Manethos *Μανεθῶς ἐν τῷ περὶ δερχαῖσμι καὶ Ἰουδαίας, de abstin.* lib. 2. p. 22. (Euseb. IV. 16. præparat.)

Marcellus Orontius Senator, Plotini discipulus. *Plotin.* c. 7. Huic Longinus librum *περὶ τέλης* inscripsit, c. 20.

Maximum *Μεγάλων* vocavit Numenius. *Plotin.* c. 17.

*Μήδων* Stoicus. *Plotin.* c. 20.

Melampus. *de abstin.* lib. 3. p. 246.

Menander Comicus *ἐν δυσκόλῳ. de abstin.* lib. 2. p. 151. ejus versus de Syrorum intemperantia, lib. 4. p. 398.

Mesi Apocalypses, *Plotin.* c. 16.

[Mithræ Mysteria, *de abstin.* lib. 4. p. 399. infra in Symblius, & Pallas.

Moderatus Gaditanus *Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πᾶν συνετώως ἐν ἑνδεκά βιβλίοις συναγαγὼν τὰ δερσχόν τῶν ἀσθράσι (τῶν Πυθαγορείοις).* *Pythag.* p. 32.

Musonius Stoicus, Athenis, *Plotin.* c. 20.

Neanthes, *Pythag.* p. 4. 38. Cyzicenus, *de abstin.* lib. 4. p. 395.

Nicander. *quæst. Homær.* 8.

Nicomachus *Pythag.* p. 13. 41.

Nicothei Apocalypses, *Plotin.* c. 16.



- Numenius.** *de antro* p. 62. 67. 73. Scripta ejus apud Plotinum lecta. *Plotin.* c. 14. Apameensis. *id.* c. 17. dogmata ejus scripsit & collegit Amelius, *id.* c. 3. Tryphon Plotinum plagii in Numenii scripta commissi arguit, itaque Amelius scripsit ad Porphyrium *περὶ τῆς καὶ τὰ δόγματα Πλωτίνου πρὸς τὸν Νυμνίου Διαφορῶν*, *id.* c. 17.
- Olympius Alexandrinus,** Ammonii discipulus, æmulus Plotini. *Plotin.* c. 10.
- Oraculum.** *de abstin.* lib. 2. p. 230. seq. Clymeni redditum. *id.* p. 135. aliud Hermioni. p. 145. Magnelio cuidam p. 147. seq. de Docimi libis. p. 150. aliud de Diomo. p. 175.
- Origenes Plotini condiscipulus** *Plotin.* c. 3. 14. 20. ejus liber *περὶ δαιμόνων*, *id.* c. 3. & 14. ad Gallienum Imp. ὅτι μόνον ποιητὴς ὁ βασιλεύς. *id.* c. 3.
- Marcellus Orontius.** Vide supra, Marcellus.
- Orpheus.** *de antro* p. 64. 65.
- Οἱ παλαιοὶ ἐπιτῆς περὶ ζώων φρονήσεως,** *de abstin.* lib. 3. p. 270.
- Pallas** ὁ ἄριστος τὰ περὶ τῆς Μίθρας συναγωγῶν Μυσηρίων ἐφ' Ἀδριανῆ τῆ αὐτοκράτορος. *de abstin.* lib. 2. p. 225. (Euseb. IV. 16. præparat.) lib. 4. p. 400.
- Panætius,** *Ptolem.* p. 269. junior ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Γεωμετρίας καὶ Μουσικῶν λόγων καὶ Διασημάτων, *id.* p. 244. Mathematicus, p. 267.
- Parmenides** ἐν τῷ Φυσικῷ, *de antro* p. 68.
- Parmeniscus** (Grammaticus) *quest. Homer.* 7.
- Paulinus Scythopolitanus,** Medicus, Plotini discipulus, *Plotin.* c. 7. οἱ τὰς περιηγήσεις τῆς νήσου (Ἰθάκης) γραψάντες, *de antro* p. 56.
- Peripatetici,** *de abstin.* p. 7. 12. Peripatetica dogmata, Plotini scriptis inserta, *Plotin.* c. 14.
- Pherocydes Syrius,** *de antro* p. 71.
- ἐπιτῆς Φιλήμων** συμμετέρις περὶ Ἡροδοτῆος διορθώματα ὁ Γραμματικὸς Διαλεξιόμηνος, *quest. Homer.* 8.

- Philetas, *quest. Homer.* 8.  
 Philiscia secta Muscorum post Aristoxenum, *Ptolem.* p. 189.  
 Philistus, *quest. Homer.* 8.  
 Philo Byblius. Vide infra in Sanchoniathon.  
 Philocomi συγγραμματα, *Plotin.* c. 36.  
 Philolaus, *Ptolem.* p. 256.  
 Philosophorum vulgus, *de abstin.* lib. 2. p. 200.  
 Philosophus Θεὸς τῶν ἀπὸ πάντων ἰερῶν, *de abstin.* lib. 2. p. 214.  
 Phœbion Stoicus. *Plotin.* c. 20.  
 Phœnices, *de abstin.* lib. 2. p. 138. 224.  
 Phylarchus ἰσορῆς, *de abstin.* lib. 2. p. 226. (Euseb. IV. 16. præparat.)  
 Physici, *de abstin.* lib. 1. p. 35.  
 Pindarus, *de abstin.* lib. 1. p. 73 ἐν προσωδίοις, lib. 3. p. 285.  
 Plato, *in Categor.* p. 17. *Ptolem.* p. 220. *de antro* p. 67. *quest. Homer.* 9. *de abstin.* lib. 1. p. 77. 78. lib. 2. p. 192. 194. 201. 234. 235. lib. 3. p. 259. 311.  
 Gorgia, *de antro* p. 71.  
 νόμων αἰ. *quest. Homer.* 1.  
 Philebo, *Ptolem.* p. 255.  
 (Theæteto) *de abstin.* lib. 1. p. 71--73.  
 Timæo, *Ptolem.* p. 227. seq. 267.  
 Platonici, *in Categor.* p. 24. *Ptolem.* p. 228. *de abstin.* p. 190.  
 Plutarchus, *de abstin.* lib. 3. p. 289. ἐν πολλοῖς βιβλίοις contra Stoicos & Peripateticos docens mutas animantes ratione non destitui, 321. lib. 4. p. 353. ubi Lycurgi vitam respicit.  
 Poëtæ versus, *de abstin.* lib. 2. p. 234. lib. 4. p. 420.  
 Poëtæ versiculi de Thoibus Gente Athea Thracum, *de abstin.* lib. 1. p. 30. lib. 2. p. 132.  
 Poëtæ Samii distichon de Pythagora. *Pythag.* p. 2.  
 Poëtarum dicta, Deos sacrificia non curare nisi pura mente offerantur, *de abstin.* lib. 2. p. 230.  
 Poëtæ δρακεῖν dicunt προβλέπειν, ab acie visus quæ est in dracone, *de abstin.* lib. 3. p. 264.  
 Polemo. *Plotin.* c. 11.  
 Polyclitus Πολύκλειτος (Grammaticus ut videtur) *quest. Homer.* 8.

- Porphyrus** (Βασίλειος & Μάλχος Plotin. c. 17.) Tyrium se & à Plotino ad scripta ejus emendanda adscitum testatur Plotin. c. 7. ποῦμα ejus in Platonis natalitiis prælectum cui titulus ἱερὸς γάμος c. 15. Apologiæ Alcibiadis à Diophane Rhetore scriptæ confutatio. ibid. contra Plotinum liber & ab Amelio confutati ejusdem libri palinodia, c. 18.
- Potamo**, Plotin. c. 9.
- Proclinus Platonicus** ὁ περὶ τῶν τραγῶν διατριβῶν, Plotin. c. 20.
- Propheta** (Moses) de antrop. 62. ex Numenio.
- Ptolemais Cyrenæa Pythagorica** ἐν τῇ Μουσικῇ συχαιώσῃ, Ptolem. p. 207. 208. 209.
- Ptolemæus Peripateticus**, nihil scripsit præter ποιήματα καὶ λόγους Πηδεικτικῶν, Plotin. c. 20.
- [**Pygmalion Phœnix Cypri Rex** de abstin. lib. 4 p. 395. sq.
- Pythagoras**, de antrop. 70. quest. Homer. 25. de abstin. lib. 1. p. 35. 42. seq. 48. lib. 3. p. 259. 325. lib. 4. p. 412.
- ejus Epigramma in sepulchrum Jovis, Pythag. p. 11. & apud Cyrilum p. 342. lib. X. in Julian. in sepulchrum Apollinis ἐλεγείον. p. 10. Versiculi ex aureis carminibus, p. 26. πυθαγόρειοι δίσχοι, omnes animas sensu præditas rationabiles esse, de abstin. lib. 3. p. 240. οὐδὲν τροφῆς, τὸ μηδένα ἀδικεῖν, p. 328.
- Pythagorei**, de antrop. 70. de abstin. lib. 1. pag. 49. 70. lib. 2. p. 172. 188. lib. 3. p. 299.
- Pythagoricos plurimum sequitur in Musicis Ptolemæus**, Ptolem. p. 193. De Pythagoricorum ab Aristoxeniis differentia Didymus scripsit. id. p. 209.
- Rhadamantus per animantes jurans**, de abstin. l. 3. p. 284. 285.
- [**Rogatianus Senator**, Porphyrii æqualis, de abstin. lib. 1. p. 106. Plotini discipulus. Plotin. c. 7.
- Sabinillus**, Senator, Plotini discipulus, Plotin. c. 7.
- Sanchuniathonis Φοινικικὴ ἱστορία** quam Phœnicum ille lingua scripsit & Philo Byblius Græce vertit, de abstin. lib. 2. p. 225. (Euseb. IV. 16. præpar.)
- Sandales**, de Syge. 283. 285.

- Scythæ, *de abstin.* lib. 3. p. 283. 287. lib. 4. p. 429.
- Seleucus Theologus, *de abstin.* lib. 2. pag. 223. (Euseb. IV. 16. præparat.)
- Septem Sapientes, *de abstin.* lib. 1. p. 35.
- Serapion Alexandrinus Rhetor, auditor Plotini, *Plotin.* c. 7.
- Severi Platonicæ scripta apud Plotinum lecta, *Plotin.* c. 14.
- ὡς τις αἰηρ σοφὸς ἔφν, lib. 2. p. 185. (apud Euseb. IV. 11. præparat.) αἰς ἔφη τις λέγων ὀρθῶς, lib. 3. p. 278.
- Simonides, *quest. Homer.* 8.
- Socrates, *de abstin.* lib. 1. p. 35. lib. 3. p. 239. 284. 286. 311. 328.
- Sophista, *de abstin.* lib. 4. p. 411. apud Lacedæmonios nullus, id. p. 351.
- Sophocles ἀλκμήωνι *quest. Homer.* 1.  
πολυεῖδω, *de abstin.* lib. 2. p. 153.
- Stoici, *in Categor.* p. 19. b. 24. *de antro* p. 62. *de abstin.* lib. 1. p. 7. 12. lib. 3. p. 241. Stoicæ dogmata libris Plotini inspersa, *Plotin.* c. 14.
- Stratonis Physici λόγος five liber quo probavit sensum non posse esse sine intelligentia, *de abstin.* lib. 3. p. 304.
- Παρ' ἐνίοις δ' ἰστέρηται τῶν συγγραφέων. *de abstin.* lib. 2. p. 149.
- Symbulus Σύμβελλος ὅπερ πῶ τὰ Μίθρα ἰσορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις αἰσάχρασας, *de abstin.* lib. 4. p. 399. lege Ἐυβελλος.
- Syri, *de abstin.* lib. 2. p. 236. lib. 4. p. 395.
- Thaletis παιᾶνες δὲ χαῖσι, *Pythag.* p. 21.
- Thaumasius Plotini auditor, *Plotin.* c. 13.
- Themistocles Stoicus, *Plotin.* c. 20.
- Theodosius Ammonii discipulus, *Plotin.* c. 7.
- Theodotus Ἀθηνησιν Διάδοχος, *Plotin.* c. 20.
- Theologi, *de abstin.* lib. 2. p. 206, 207, 212, 229. *de antro* p. 67. Θεόσοφοι, *de abstin.* lib. 2. p. 187. αἰτε φησὶν ὁ θεολόγος, p. 189.
- Theophrastus, *de abstin.* lib. 2. p. 124. 131. 139. lib. 2. p. 167. 183. 206. 221. lib. 3. p. 321. lib. 4. p. 354. 426. Ἐπερὶ Μαστικῆς, *Ptolem.* pag. 240. seq. Διὰ πολλῶν τ' παρ' ἐκάστοις πατρῶν Ἰπιδείξας &c. *de abstin.* lib. 2. p. 156.
- Theopompus ἰστέρηκει, *de abstin.* lib. 2. p. 146.
- Thrasyllus ἐν τῇ ᾧ εἶπ' ἐπὶ τῶν τόνων (ita leg.) *Ptolem.* p. 266.

Thucydides, *quæst. Homer.* 8.

Timæus, *Pythag.* p. 4.

Tiresias, *de abstin.* lib. 3. p. 246.

Tragœdia, *Plotin.* c. 17.

Triptolemus antiquiss. legislator Atheniensium, *de abstin.* lib. 4. p. 431. ejus tres leges Eleusine, *ibid.*

Tryphon Stoicus & Platonicus, *Plotin.* c. 17.

Tynnichi pæan in Apollinem, *de abstin.* lib. 2. p. 152.

Xenocrates *de abstin.* lib. 4. p. 431. 432. Dialecticam tractaturus, à voce incipit, quod ei vitio vertitur, *Ptolem.* p. 193.

Zeno, 3. *de abstin.* p. 311.

Οἱ δὲ τῶν Στωϊκῶν (Stoici) *de abstin.* lib. 3. p. 294. *sentent.* 44.

Zenodotus, *quæst. Homer.* 25. 30.

Zethus, *Plotin.* c. 2. Arabs, Plotini discipulus, Medicus, c. 7.

Zoroaster, *de antro* pag. 59.

Zoroastris Apocalypsis, *Plotin.* c. 16. suppositas esse Porphyrius *συχνοῖς ἐλέγχοις* demonstravit. *ibid.*

Zostriani liber, libris quadraginta ab Amelio confutatus, *Plotin.* cap. 16.

Zoticus, Criticus & Poëta, Plotini discipulus, *Plotin.* c. 7. Vide & supra in Antimachus, atque Ἀτλαντικός.

## LUCÆ HOLSTENII

de Vita &amp; Scriptis

PORPHYRII PHILOSOPHI  
DISSERTATIO.

## CAP. I.

*Historia pars Βιογραφία. Vita Philosophorum quorū modis & à quibus scripta. Suidas explicatus. Hæreses ex Philosophia orta. SS. Patrum testimonia de Porphyrii eruditione.*

**Q**ui vitæ magistræ, & actionum humanarum speculum historiam dixere, omnium optime naturam, & dignitatem ejus perspexisse videntur. Nam cum duo sunt quæ vitam humanam gubernant, sapientia ac prudentia: quarum illa divinarum, ac humanarum rerum cognitione animum supra se ad DEUM & cœlestia erigit; altera vero consiliorum, actionumque moderatricem in hoc vitæ stadio sese præbet: utraque sane historiarum beneficio comparatur. Cum enim propria pervestigatio difficilis sit, & ἀυτοπείρα periculi plena, nec nisi longo itinere ad propositum finem perducatur: historia unum sub aspectum exhibet, quicquid à præclaris ingeniis subtiliter investigatum, & multo cum labore repertum fuit: tum egregia virtutum exempla, & varios consiliorum eventus, casusque ancipites proponi: ut, quod Comicus ait, inspicere tanquam in speculum in vitas præstantium virorum liceat, atque ex aliis sumere exemplum sibi, & quid faciendum ac fugiendum, sui sine parte periculi cognoscere. Nec solum tutior ea, sed brevior quoque, faciliorque via est, quæ per exempla ducit: nihil enim efficacius illustri exemplo magni viri: ad cujus memoriam animus consilia factaque omnia, velut ad regulam, exigat: cujus virtute ad laudis & gloriæ studium concitetur. Atque ut ingens quædam pictura, magnam hominum actionumque varietatem artificis ingenio mire confusam exhibi-

exhibens, illa ipsa varietate spectantium quidem oculos animosque maxime oblectat: si tamen una præ cæteris luculenta effigies emineat, revocat ea spectatorem, & peculiari quadam voluptate detinet. Ita etiam integra quædam, & καθολικῶς scripta historia magna quidem præceptorum, atq; exemplorum copia animum legentis instruit; sed si unius cujusdam præstantis viri virtutem & præclaras actiones accuratiori studio præ cætero opere expressam offendat, hæret animus consiliorum, factorumque admiratione, & vehementiori affectu ad pulcherrimi exempli imitationem excitatur. Quocirca duplicem ferme scribendi rationem ab iis servatam videmus, qui aliorum res gestas ingenii monumentis ad posteritatis memoriam transmissere; ut vel integram alicujus gentis historiam continuo filo detexerent; aut præstantis cujusdam hominis vitam peculiari opere narrarent, & virtutes, vel vitia ejus vivis, quod ajunt, coloribus depingerent: ut seorsim posita rectius singula perspicerentur. Et hujus quoque, ni fallor, instituti principem auctoremque Homerum recte dixerimus: qui utriusque scribendi generis exemplar duplici opere proposuit: quorum altero expeditionem Trojanam communibus omnium Græcorum consiliis armisque susceptam, & collisas inter se Europæ Asiæque vires describit: Altero autem unius Ulyssis prudentiam per varios periculorum casus exercitatum omnibus artis, atque ingenii coloribus depictam exhibet. Nisi quis forte altius originem à Moysè vetustissimo omnium historico, adeoque ab ipso Dei spiritu repetere malit: cujus instinctu sacram historiam literis consignatam credimus. Divinus enim Moyses cum generis humani primordia, seriemque Patriarcharum, & Judaicæ gentis historiam, sacra, ac leges quinque libris exposuisset: peculiari quoque opere Jobi vitam, atque egregiam in extremis calamitatibus animæ constantiam, & pietatem erga Deum edidit: ut Judæorum animos longa servitute, & diuturnis erroribus afflictos tam insigni potentia Divinæ exemplo confirmaret: Nam & hujus libri autorem, vel interpretem Moysen doctissimi quiq; credunt, eamq; scribendi rationem infiniti dein sacri ac profani autores imitati fuere. Sed cum duplex vitæ genus sit: alterum quidem quod in publicis rebus administrandis, & in belli pacisque artibus excolendis versatur, quod activum vocant: alterum vero quod omnia publicorum negotiorum cura, sapientiæ studiis, rerumque divinarum atque humanarum per investigationi impenditur, & contemplativum appellatur: primum quidem illud totum ad civilem societatem spectat, quæ conjunctis multorum consiliis, operisque regitur: ideoque qui eam vi-

vendi

vendi rationem sequuntur, haud dissimiles videntur histrionibus, quo-  
 rum quisque suam personam ita sustinet, ut omnium actiones simul  
 conjunctæ unum drama exhibeant: alterum vero umbraticis schola-  
 rum porticibus aut Musei parietibus inclusum delitescit, & procul à  
 fori strepitu in privato otio ita degitur, ut ejus sectatores *μονωδοῖς* tra-  
 gicis recte compares, qui singuli per se suas partes absolvunt: ac pro-  
 inde autores, qui de claris in utroque genere hominibus scripsere, in  
 duas classes recte distingui existimo: ut altera quidem virorum belli,  
 aut pacis artibus illustrium vitas complectatur: altera vero eorum qui  
 sapientiæ & doctrinæ laude claruerunt. Sed ut magnæ continentis re-  
 gio aliarum provinciarum confiniis undique cincta, ob permixtos, con-  
 fusosque vicinorum limites ægre distinguitur: insula autem, quam aper-  
 tum mare circumluit, aut regio continuo montium tractu, vel deser-  
 ta arenarum solitudine definita, nullo negotio describitur: sic politico-  
 rum hominum vitæ, & res gestæ seorsim difficilius explicantur; quod  
 aliena multa iis permixta sunt: quæ cum nec plene narrari, nec omit-  
 ti prorsus possint, minus facilem historiam reddunt. Contra vero qui  
 sapientiæ studia in privato otio consecrantur, eorum quoque vita pecu-  
 liari opere, rectius narratur: quæ ferme in præceptorum ac discipulo-  
 rum enumeratione, tum in dogmatibus, operumque titulis recensendis  
 consistat. Et extant egregii in utroque genere scriptores, quos si hoc lo-  
 co recenserem post eruditissimos viros, qui de Græcis, Latinisque hi-  
 storicis nuper tractarunt, actum agerem. Sed paucis duntaxat de illis  
 exponam, qui vitas virorum sapientiæ aut literarum studiis illustrium,  
 quos Græci communi *φιλοσόφων* aut *σοφιστῶν* nomine complectuntur,  
 scripsere: quod ad præsens nostrum institutum ea tractatio spectet.  
 Hos scriptores in duo genera Theodoretus distinguit serm. 2. *Ἱεροπ.*  
 quorum alii dogmata tantum & sententias Philosophorum recensent:  
 alii vitas quoque singulorum dogmatis adjungunt: quibus tertium pu-  
 to addendum esse eorum, qui vitas tantum, seu elogia scripsere: quales  
 nunc exstant Philostrati *βίοι σοφιστῶν*, duobus libris comprehensi: &  
 Philosophorum ac Sophistarum vitæ ab Eunapio scriptæ: quibus etiam  
 accenseo Marini Neapolitani librum de vita Procli, quem alio nomine  
*περὶ ἐνδαιμονίας* inscripsit: & Choricii orationem funebrem à Photio  
 laudatam, qua Procopii Gazæ vitam elegantissime narrat: quam bre-  
 vi cum integra Procli vita ex Vaticano manusc. publici juris faciam.  
 Ad primum vero genus pertinent Plutarchi *περὶ δόξασκόντων τῶν φιλοσό-  
 φων*, h. e. de placitis Philosophorum libri quinque; eorumque epitome:



quæ nomine *Φιλοσόφῃ ἰσορίας* inter Galeni opera extat: rectius autem **Actio** Theodoretii testimonio tribuitur. eodem quoque referendi Xenophontis *δογματικῶν βιβλίων*, sive *Socraticarum dissertationum* libri quinque, & octo libri *Διατριβῶν* Epicteti ab Arriano ad Xenophontis imitationem scripti: & ejusdem *ὁμιλιῶν* sive *Διαλέξεων* libri XII. quos Photius in Biblioth. & A. Gellius l. 1. cap. 2. & l. XIX. c. 1. tum Simplicius principio commentarii in Enchiridion Epicteti laudat: quorum quatuor tantum hoc tempore supersunt. Ejusdem generis fuit Aristotelis *συλλογὴ τῶν Πυθαγορείων δόξων*, cujus testimonio Simplicius lib. 2. de Cælo bis terve utitur, & Alexandri Polyhistoris liber de Symbolis Pythagoreorum, citatus à Cyrillo libro v. c. Julianum, & Xenocratis *Πυθαγόρεια*, quæ Laertius commemorat. Item Eudemi *ἁερολογικὴ ἰσορία* qua exposuit quid quisque in ea scientia invenisset: quam præter alios Simplicius ad 2. de Cælo aliquoties citat; aliorumque similia opera, quorum nunc non est commemorandi tempus. Illi vero qui de vita & dogmatibus clarorum virorum, eorumque operibus tractarunt, longe plurimi ab antiquis recensentur: & supersunt etiam nunc præstantes aliquot in hoc genere scriptores, inter quos Herodotus, edito de genere & vita Homeri libro, principem locum meretur: extat etiam Plutarchi liber, quo decem oratorum Græciæ vitas complexus est. Longe autem celeberrimi sunt Diogenis Laertii libri X. *περὶ βίων, καὶ δογμάτων, καὶ διαφορῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ ὑποκινησάντων*, & Hesychii Milesii liber *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν*, quem Suidas vocat *ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομασάντων*, & epitomen ejus suo operi inseruit: id enim volunt sequentia verba, *ἡ ἐπισημή ἐστὶ τὰ τοῦ βιβλίου*, cui loco sanissimo & integerrimo frustra Cl. Meursius medicinam facere conatur: neque enim Hesychii librum recte Diogenis Laertii epitomen dixeris, cum ille non solum Philosophos, sed Grammaticos quoque & Rhetores, item poetas & historicos commemoret. Sed Suidam ea quæ illustrium virorum vitis suo operi inseruit, magnam partem ex Hesychio transcripsisse non dubitabit qui utrumq; contulerit. Et ostendit mihi ejusmodi *πίνακας* veteres manusc. ex Suida collectos, aut potius à Suida transcriptos, Jacobus Sirmundus, vir ingenio & omnis eruditionis laude maximus. Extant præterea in hoc genere Philostrati libri VIII. *de vita Apollonis*, & Jamblichi libri duo priores *de vita Ἐλεῖα Pythagoræ*: quos brevi cum aliis duobus edam. quatuor enim duntaxat ex VII. ad nos pervenere. Et pertinent huc Porphyrii *de vitis Philosophorum* libri IV. quorum primum nunc iterum in-

lucem profero; de quo opere paulo post accuratius agendum erit. Hujus quoque generis sunt Suetonii libri duo *de Illustrium Grammaticorum, Rhetorumque vita*: tum D. Hieronymi, & qui Hieronymum exceperunt, Gennadii, Isidori, Ildefonsi, atque Sigiberti *Illustrium Scriptorum Catalogi*: quo etiam spectant XII. *Prophetarum vite* ab Epiphanio scriptæ: ut & Euthalii diaconi libellus *de vita & peregrinationibus B. Pauli*: aliique similes, quos studio omitto: cum mihi non nisi de Philosophorum vitis tractare propositum sit. *Isidori Philosophi vitam* à Damascio scriptam legit Photius, & Suidas: qui plurima inde excerpserunt: & incerti auctoris fragmenta de vita Pythagoræ ex eodem Photio Porphyrii libello subjunxi. Aristotelis quoque vitam incogniti auctoris, cum J. Nunneseii commentario, ante aliquot annos in Belgio edidi. Eos vero Illustrium vitarum autores quos Athenæus, Diogenes, Suidas, aliique laudant, quosque temporum injuria nobis invidit, prolixum esset hic commemorare: ex quibus maxime celebrantur Aristoxenus, Callimachus, Hermippus, Aristocles Messenius, Sotion, atque ejus abbreviator Heraclides: tum citati à Porphyrio hoc libro Antiphon, Hippobotus, Neanthes Cyzicenus, similesque alii. Cæterum si quis tria illa scriptorum genera inter se contendat, apparebit haud dubie, primum illud quod vitas tantum aut elogia complectitur, non tam ad narrationem fidemque historicam, quam ad sophisticam *Ἰσίδειον* comparatum esse: alterum quoque quod dogmata & placita tantum recenset, cum nihil fere *πρακτικόν* contineat, philosophicum potius quam historicum esse dicendum: tertium vero illud proprie ad particularem historiam pertinere: quod & multo plus utilitatis ad solidam rerum cognitionem affert; cum non dogmata solum commemoret: sed id quoque præcipue ostendat, unde & à quibus Græcorum sapientes doctrinam suam hauserint: dum peregrinationes eorum ad barbaras nationes, & longiorem cum iis consuetudinem narrat: inde enim manifeste apparet *ἡ βαρβάρων φιλοσοφίας ἑλληνικὴ κλοπή*: & universam gentilium sapientiam ex Hebræorum & Chaldæorum fontibus derivatam fuisse, liquido perspicitur: quod Cl. Alexandrinus Strom. V. & VI & Eusebius præp. evang. lib. X. prolatis Græcorum testimoniis abunde comprobant: quo ipso Græcorum *σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικαὶ περὶ θείας*, ut Eusebius vocat, & blasphemæ adversus religionem nostram calumniæ prorsus convelluntur: & sacrarum literarum fides atque autoritas adstruitur: tum vero plurimorum errorum fontes ac principia, quos hæretici in Dei Ecclesiam invehere studuerunt, deteguntur. Philosophos enim

plerorumque hæreticorum patriarchas non injuria à Tertulliano appellatos fuisse, non uno exemplo ex hoc Porphyrii libello probari potest: Nam duplex Pythagoreorum *ουσιολογία*, quæ τὰς ἀντικειμένης τῆς ἐνοπιῶν καὶ ἀσπερικῶν δυνάμεων συζυγίας complectitur, duo illa contraria Manichæorum principia haud dubie nobis peperit: quos alia multa à Pythagora mutuatos esse unius Epiphaniï lectione satis superque constat: nam quod ille hæc. 66. c. 9. Manetem docuisse scribit, carnibus vescentem, animam quoque devorare, & in animal illud mutari quod comederat: nonne id ex Pythagoræ *δοσολογία* derivatum: qui animantium esu abstinendum præcipiebat, *ἀλλὰ τὴν ἑσσυγῆος πικρῶν*, & quod omnes animas *ὁμοειδέας* crederet: cumque idem Pythagoras docuisset, animam divinæ auræ particulam ad inferiora prolapsam corpori velut carceri includi, & corporeæ affectionis vinculis captivam detineri: ex quibus nisi purgata recesserit, recidere eam in alia corpora: purgatam vero tandem ad cognata sydera, & cœlestem animarum chorum reverti: Manes eadem illa dogmata sua fecit, ut ex citato Epiphaniï loco videre est. Afferbat enim animam Dei particulam, avulsam à Deo à principibus contrarii principii, captivam in corpus detrudi: & post transmigratorem sive transfusionem in quinque corpora, tandem per lunam atque solem ad beatorum regionem transmitti: quam *μεταγχομὸν ἢ ἀσπίδος* animæ vocabant: quæ deliria Epiphanius c. 28. & 55. abunde refutat. Quibus affines sunt Origenis errores *περὶ ἐσσυγῆος τῆς ψυχῆς*, quorum *ἀφορμὰς* atque ansam ex Pythagoræ & Platonis doctrina cumsumpsisse nemo philosophicæ historiæ peritus dubitat. Præterea, quod Porphyrius mare lacrymam appellatum à Pythagora prodidit, id omnino convenit cum Judæorum fabulis, qui Deum quotiescunque calamitarum Judaicæ gentis reminiscitur, duas lacrymas in mare oceanum effundere docent. Camque Ægyptios Nilum, & Empedoclem mare terræ sudorem appellasse Proclus lib. 1. in Timæum, & Aristoteles Meteor. lib. 2. c. 3. testentur: quis non videt ex qua officina eorundem Manichæorum & Valentinianorum dogma prodierit: quos imbres principum materiæ sudores dixisse Irenæus & Titus Bostrensis lib. 1. atque Epiphanius hæresi 66. affirmant? quæ profana deliria à rustici illius Comici opinione parum differunt, qui cœlo plente Jovem per cribrum mingere credebat: aut Poetarum fabulis, qui thermas Himerensium ex eo ortas finxere, quod Hercules devictis gigantibus sudorem isthic abluisset. Taceo enim de incantationibus, aliisque magicis præstigiis, quas cum Pythagora Basilidis atque Manicis sectato-

res communes habuere: ut & illa quæ de symbolica & mystica docendiratione, de silentio & exploratione discipulorum: tum quæ de *δνειροερηπικοῖς* Hebræorum hoc opusculo traduntur. De quibus nonnulla in notis hisce attingi: alia ad uberiores in Jamblichū observationes seruo.

Cæterum cum integrum Porphyrii opus, quod temporum injuria nobis invidit, proferre non licuerit: ut jacturam, quam res literaria tam luculentæ historiæ interitu fecit, aliqua parte supplerem, placuit ea quæ de ipsius Porphyrii vita scriptisque hæctenus apud varios auctores observavi, in unum colligere: & accuratius nonnulla ad examen revocare, quæ minus recte à clarissimis nostri sæculi scriptoribus prodita videntur. Qua in re cum unicum illud mihi propositum habuerim, ut nostro studio ad sacræ ac profanæ historiæ cognitionem, tum ad Pythagoræ ac Platonis Philosophiam illustrandam non nihil utilitatis accederet: facilem ab æquis judicibus veniam spero, si qua ab recepta magnorum virorum sententia discedam: nec quisquam existimaverit me vitio *οὐδὲν ἰσχυρῶς*, aut contradicendi studio adversus publicum totius orbis præjudicium, Christi hostem, & veritatis calumniatorem defendendum suscepisse: cujus blasphemias & ipse toto animo detestor, & viro cætera maximo excidisse nollem: ingenii vero præstantiam & philosophandi subtilitatem cum sanctissimis Ecclesiæ scriptoribus summo opere me admirari fateor. Et si forte eorum auctoritate hujus scriptis invidiam declinare liceat, producam hoc loco aliquot ipsorum testimonia, quibus Porphyrii ingenium ac doctrinæ magnitudinem, tum operum ejus præstantiam deprædicarunt: ut dum cum ipsis loquor, non nisi cum ipsis reprehendi & damnari possim. Et Eusebius quidem, qui Porphyrii blasphemias XXX. libris refutavit, lib. 3. & 9. de præpar. Evang. in clarissimorum Philosophorum numero eum ponit, sive ut ipse loquitur, τῶν μάλιστα διαφανῶν καὶ πῶσι γνωρίμων, κλέϑητε ἡ μικρὸν φιλοσοφίας παρ' Ἑλλήσιν ἀπενύλεγε γένειον. Eodemque modo Cyrillus, libro primo contra Julianum ait illum ob profanam eruditionem δόξαν εἶναι ἀγρίην, hoc est famam egregiam inter suos obtinere. Unde & Divus Augustinus libro septimo de Civitate Dei, c. 25. *Philosophum nobilem* illum appellat. quem libro 10. cap. 10. *doctiorem Platonium*: & cap. 32. *hominem non mediocri ingenio præditum*. alibi, *magnum gentiliū Philosophum*. libro autem 19. c. 22. *doctissimum Philosophorum* vocat *quamvis* inquit *Christianorum acerrimus inimicus*. Adeo sanctissimi viri judicium nullo affectu præpediri potuit, quin eximia eruditionis laudem juratissimo hosti tribueret. Boethius autem non minus san-

ctitatis & martyrii gloria, quam omnis sacrae ac profanae philosophiae  
 cognitione celebris, quanti Porphyrium fecerit id vel ex eo apparet,  
 quod libros ejus non solum legerit, sed Latine translatis iteratis com-  
 mentariis illustraverit, ut ab aliis quoque iidem legerentur, tum quod  
 in explicatione Aristotelis & universa philosophandi ratione unum  
 Porphyrium caeteris omnibus se praefere, ac sequi testetur: ut eum ma-  
 xime Porphyrii exemplo Platoniam doctrinam cum Aristotelica con-  
 junxisse existimem, quod honorifica de ejus eruditione scriptisque testi-  
 monia, quae passim apud Boethium extant, clarissime ostendunt. Li-  
 bro in categor. ait se in exponendo Porphyrii sententiam secutum,  
*quod videbatur expeditior planiorque esse.* ita & lib. 1. majorum commenta-  
 riorum in librum de interpretatione testatur se expositionem maxime à  
 Porphyrio transtulisse. *hic enim, inquit, nobis expositor & intellectus acumine,  
 & sententiarum dispositione videtur excellere.* & ad text. 2. *sed Porphyrius de  
 utrisque acute subtiliterque judicat, & Alexandri sententiam magis probat.* &  
 mox addit: *quocirca Alexander vel propria sententia, vel Porphyrii aucto-  
 ritate probandus est.* lib. 2. text. 14. *multas confusiones multosque in orationi-  
 bus errores hic locus optime intellectus, venaciterque perceptus sustulit: & haec  
 est expositio, quam nullus ante Porphyrium expositorum vidit.* & text. 21. ait  
 Alexandri sententiam non quidem abhorre à ratione, *sed Porphy-  
 rii esse meliorem:* additque eum *locum à Porphyrio diligenter esse exposi-  
 tum.* lib. IV. ad text. 46. improbata Hermi expositione ut nimis  
 obscura, subjungit; *nos autem Porphyrium sequentes, eique doctissimo viro  
 consentientes dicimus, &c.* & lib. V. textu 58. qui est de unitate enunciatio-  
 num, cum dixisset multos ejus loci caligine confundi, ut digne exe-  
 qui, & quod ab Aristotele dicebatur expedire non possent, allatis  
 variorum explicationibus addit tandem: *Sed omnes hi nihil omnino in-  
 telligunt, sed est melior expositio quam Porphyrius dedit.* Atque haec  
 Sanctorum hominum testimonia adduxi, ne opera, quam Porphyrii  
 scriptis restituendis atque illustrandis impendi, mihi fraudi sit apud eos  
 qui contra veterum auctoritatem omnes ipsius libros, & imprimis qui-  
 dem illos quibus vertendis & exponendis Boethius jam olim laborem  
 impendit, à scholis ablegari, & ex manibus studiosorum excuti volunt;  
 ut suppressa & deleta veterum memoria novas suas merces majori pre-  
 tio venditent. Quibus saltem sufficere debebant clades illae quas Gotho-  
 rum & Saracenorum aliorumque barbarorum inundationes rei litera-  
 riae intulerunt. Sed nunc de vita scriptisque Porphyrii narrare aggred-  
 iar.

## CAP. II.

*Porphyrii patria & genus : nomen vernaculum Malchus : atas per annos digesta : Sicula commoratio. D. Augustini sententia de Porphyrio Siculo.*

**P**ORPHYRIUS, ut quidem ipse in Plotini vita de se scriptum reliquit, patriam habuit Tyrum, nobilissimam & principem Phœniciaë civitatem. Idemque Eunapius & Suidas, sive ipsius fidem, sive publicum omnium consensum secuti, prodiderunt. Parentes illi haud ignobiles fuisse Eunapius affirmat. Et ipse in Plotini vita patris sui meminit, cum quo commune sibi Malchi nomen fuisse ait patria Syro-Phœnicum lingua : quod Græca βασιλέα, Latina regem significat, unde ex purpura, regis dignitatis insignibus, Porphyrii nomen Longinus præceptor ipsi fecit : quod Græcis auribus Malchi nomen insolens ac barbarum videbatur. Verba ipsius Porphyrii in Plotini vita hæc sunt : γέγραφεν ὁ Ἀμέλιος βιβλίον, ὃ ἐπέγραψε μὲν (ita isthic est legendum) πρὸς τὴν καὶ τὰ δόγματα τῶν Πλωτωνίων πρὸς τὸν Νυμηνίον Διαφορῶν· προσφώνησε δὲ αὐτὸ βασιλεῖ ἑμοί. βασιλεὺς δὲ τῆσιμα τῶν Πορφύριων ἑμοί προσέειπε, καὶ μὲν πατέρα Διάλεκτον Μάλχων κεκλημένον· ὅπερ μοι καὶ ὁ πατήρ ὄνομα κέκλητο. δὲ δὲ Μάλχων ἑρμηνείαν ἔχοντι βασιλεὺς, εἴτις εἰς Ἑλληνίδα Διάλεκτον μεταβάλλειν ἐθέλοι, &c. *Amelium librum composuit, quem inscripsit de differentia doctrinae Plotini & Numenii : hunc librum mihi βασιλεῖ hoc est, Regi nuncupavit, nam id nomen mihi Porphyrio erat : qui patria dialecto Malchus vocabar, quod nomen & patri meo fuit, ac Malchi nomen, si quis in Græcam linguam transferre velit, βασιλέα sive Regem significat. & subjungit ; Longinum sibi sub vernaculo nomine Malchi librum inscripsisse : Amelium Græca voce βασιλέως uti maluisse. Idemque Eunapius hisce verbis in ejus vita refert : μάχων δὲ καὶ τῶν Σύρων πάλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τὸ δὲ διώαται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὀνόμασε λογγίνον, ἐς τὸ βασιλικὸν τὸ εἶδητι προστάσιμον τῶν προσσηροῦσιν ἄπτερεψας. Porphyrio nomen initio fuerat Malchus, quod Syrorum lingua regem sonat, sed detorta significatione ad purpuram, regium in vestimento insigne, Porphyrium, velut purpureum nominavit Longinus. Atque hinc intelligendus Suidas, qui omisso Malchi nomine, de solo illo Græco meminit : Πορφύριος, ὃς κυρίως*

κυρίως ἐκαλεῖτο βασιλεύς, Τύριος Φιλόσοφος. *Porphyrus qui proprio nomine vocabatur Rex, Tyrius Philosophus.* Item Hesychius: apud quem hodie legitur, μάκκος, βασιλεύς cum olim haud dubie scriptum fuerit, μάλχος. Nam Malchum regem significare Hebræorum, & Syrorum dialecto, præter quam quod notissimum est, testatur & D. Hieronymus in vita Malchi Eremitæ. *Erat illic quidam senex nomine Malchus, quem nos Latine Regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & Ammianus Marcellinus l. 24. Assyrionum fluvium Naar-malcha commemorat, qui βασιλεῖος ποταμὸς Straboni & Ptolemæo, inter Tigrin & Euphraten. Alia, inquit, fluminis pars Naar-Malcha nomine, quod fluvius regum interpretatur, Ctesiphontæ prætermeat.* Et Plinius lib. 6. cap. 26 *Ab Assyriis universis appellatum Armilchar (potius Naar-Malcha) quod significat regium flumen.* Cæterum Malchi nomen non infrequens fuisse Syris vel sacræ literæ testantur, quæ summi sacerdotis servum hoc nomine commemorant: Et Cleodemum nescio quem prophetam, cui & Malchi nomen fuit, ex Alexandro Polyhistoro laudat Fl. Josephus, antiq. Judaic. lib. 1. cap. 16. qui Judæorum historiam ad exemplum Moysis conscripserat. Et Malchi ducis apud eundem mentio extat, lib. 1. de bell. Judaic. cap. 6. & 9. Et Eusebius lib 7. cap. 2. Malchum Martyrem Cæsareæ Palæstinæ passum refert. Malchum quoque Philadelphensem sophistam, rerum Byzantinorum scriptorem legit Photius, codice 78. quem falso idcirco Suidas Byzantinum credidit. Et Malchi Eremitæ vitam scripsit D. Hieronymus, cujus modo memini: ne infinita Hebræorum nomina ex veteris testamenti historiis præferam, quæ ex eadem voce deducta fuerunt.

Quod autem Malchi nomen Longinus cum altero illo Porphyrii commutavit, illi geminum gemellum est, quod narrat Julius Capitolinus, Clodio Albino, cum forte purpurea matris illigatus esset fascia, joco nutricis Porphyrii nomen inditum fuisse. Nec dissimile est illud, quod Græcorum Imperatorum liberis Πορφυρογενήτων cognomen tribuebant: eo quod recens in lucem editi, velut paterni imperii hæredes, regia purpura involverentur. Quamvis alii id nomen iis impositum scribant à regia domo, quam Porphyram vulgo vocabant: qua de re ad secundam partem syntagmatis nostri Geographici uberius differendi locus erit. De ætate Porphyrii strictim Suidas refert, vixisse eum sub Aureliano, & pervenisse ad tempora Diocletiani. Quod ex Eunapio hausit: qui Porphyrii vitam in Galienum, Claudi-

um,

um, Tacitum, Aurelianum & Probum Imperatores incidisse testatur. Verum cum ipse in Plotini vita diligenter annos ætatis suæ notet, & accuratam temporum servet rationem, operæ pretium fuerit pressius singula persequi, quæ usui nobis futura sint ad ea, quæ postea dicentur. Primum ergo de suo ad urbem & Plotini scholam adventu sic scribit: *Τὸ δεκάτῳ ἢ ἑτὲ τῆς Γαλιένου βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος, μετὰ Ἀντωνίου Ῥωδίου γεγονώς, καταλαμβάνω ὑπὸ τὸν Ἀμελίον ὀκτωκαιδέκατον ἔτη ἔχοντα τὴν πρὸς Πλωτίνου συνουσίαν. ἢ ἢ Πλωτίνου τῷ δεκάτῳ ἑτὲ τῆς Γαλιένου βασιλείας ἀμφὶ τὰ πενήκοντα ἔτη καὶ ἑνῆς. Ἐγὼ ἢ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα αὐτὸς ἂν τότε ἑτῶν τριάκοντα.* *Decimo Galieni Imperatoris anno ego Porphyrius à Græcia una cum Antonio Rhodio Romam veniens, Amelium reperi XVIII jam annos familiariter Plotino usum. Plotinus autem decimo Galieni Imperatoris anno quinquagesimum nonum circiter ætatis annum agebat. Ego vero Porphyrius, cum primum huic adhaesi, triginta tunc annos impleveram.* Cum ergo decimus Galieni annus in CCLXIV. Christi incidat: subducta temporum ratione constat, Porphyrium natum fuisse anno decimo Alexandri, qui est annus Christi CCXXXIII. Cæterum cum decennio ante, h. e. vigesimo circiter ætatis anno prima vice Romam venisset, exiguum temporis spatium ibidem commoratus fuit, feriente tum à docendi munere Plotino. Cui cum secundo hoc adventu sese adjunxisset, integros quinque annos operam dedit: sexto demum ad Lilybæum Siciliae profectus; ut Probum, virum insignem isthic degentem accederet. Fuit is XV. seu postremus Galieni annus, qui est à Christo nato CCLXIX. utrumque ipse his verbis testatur: *Plotinus nonum & quinquagesimum ætatis annum tum agebat. Ego autem & hunc ipsum annum & insuper quinque alios cum ipso versatus sum, quin etiam decennio ante Romam veneram, &c.* de profectioe Sicula paulo post subjungit: *quo tempore in Sicilia degebam, quo perveneram circa decimum quintum Galieni Imperatoris annum, Plotinus libros v. composuit.* Hæc eo diligentius ipsius Porphyrii verbis confirmanda duxi, quod Illust. Card. Baronius eum decem & octo annos Romæ Plotinum audivisse referat: id Porphyrio adscribens, quod Amelio tribuendum, ex loco superius producto apparet. Profectus autem fuit in Siciliam de consilio Plotini, qui atra bile laborantem eo ab urbe ablegavit. Hoc enim morbo adeo se percitum fuisse scribit, ut manus sibi metipsi inferre aliquando fuerit conatus, nisi amens propositum Plotinus sua prudentia impediisset. Qua de re ipsum loquentem præstat au-



dire : *Ego, inquit, quandoque me ipsum interimere cogitabam ; quod mirabiliter ille persensit, mibi que domi deambulanti protinus adstitit, aitque : studium istud propositumque meum nequaquam sana mentis esse, sed animi potius atra bile furentis. Itaque Roma abire me iussit.* Huic ego obtemperans in Siciliam sum profectus, quod audirem Probum quendam, egregium virum, circa Lilybæum tunc degere. Quo quidem factum est, ut ab hoc animi proposito desisterem ; sed interea impedire, quo minus Plotino usque ad obitum ejus adessem. Mortuus enim est Plotinus in Campania, triennio post Porphyrii discessum, ætatis anno LXVI. post secundum Claudii Imperatoris annum ; qui est annus Christi CCLXI. quo tempore Porphyrius ad Lilybæum vivebat : ut ipse sub principium vitæ Plotini testatur. Atque hæc sunt quæ secundam distinctam annorum rationem ex ipsius Porphyrii scriptis colligere licuit. De reliquo vitæ tempore vix quidquam certi statuere possumus : quamdiu in Sicilia fuerit commoratus ; quibus postea locis vixerit : nec quando vivere desierit. Proferam tamen quæ sparsim hinc inde collegi, atque unum sub adspectum ea proponam, quibus Porphyrii vita illustrari poterit. Ubi id quidem principio dicendum, quod Vincentius Lirinensis, & Eusebius ipsius Porphyrii testimonio prodiderunt, eum fere puerum Alexandriam ad Origenem audiendum profectum fuisse. Vincentii verba hæc sunt de Origene, cap. 1. 23. *De cuius incredibili quadam scientia si quis referentibus nobis Christianum non desipit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait namque impius ille Porphyrius, exitum se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse ; ibique eum vidisse jam senem ; sed plane talem tantumque virum, qui arcem totius scientie condidisset.* Eusebius vero similem locum ex tertio libro contra Christianos adducit, libro sexto histor. Ecclesiast. cap. 19. *ὅτι τρεῖς αἰτίαι ἐξ αἰδρός, ἢ καὶ γὰρ κομισθὴν ἐπὶ ἐπιτυχίᾳ, σφόδρα ἑδοκιμήσασιν, καὶ ἐπὶ δὲ ὧν κατελέλοιπε συγγραμμάτων ἑδοκιμοῦν παρεληφθῶν ὀργάνων.* Hujus autem absurditatis exemplum ab Origene sumatur, viro quicum mihi admodum adolescenti familiaritas intercessit, &c. Unde miror Eunarium Origenem Porphyrii συζητητῶν, sive condiscipulum vocasse, idque ipsius Porphyrii verbis, cum constet Origenem LXIX. annos natum, anno Christi CCLVI. qui fuit Galli & Volusiani XXIE. vel XXIII. Ceterum cum Origenem, Philippo imperante, a sedente Fabiano Pontifice, Romam venisse Ecclesiastici annales testentur ; puto non male colligi Porphyrium Alexandriam profectum fuisse, aut sub extremum Gordiani imperium

perium, vel primis Philippi annis, qui Gordianum imperio exiit; circa ætatis annum XIII. vel XIV. Id enim ea verba, *κομιδὴν ἐπὶ τῶν ἐπι*, indicare videntur. Carthagini quoque se vixisse testatur, lib. 3. de Abstinentia, ubi perdicem ab se educatum refert, adeo cicuratum, ut vocem humanam intelligeret, eidemque respondere conaretur. Atque eo ex Lilybæo ipsum trajecisse verosimile est. Athenis etiam aliquandiu versatum esse, ubi omnia sapientiæ studia, maxime autem divini Platonis doctrina tum florebat, ex alio ejus loco apparet, quem Eusebius lib. X. de præparatione inseruit, ex primo libro Philologicæ auscultationis: ubi Plotini natalem apud Longinum epulis celebratum, refert, & sermones de autorum furtis inter convivas habitos commemorat. *τὰ Πλωτίνεια (inquit) ἐστῶν ἡμᾶς λογγίνῳ Ἀθήνησι κέκληκεν ἀλλὰς τε πλλὰς, καὶ Νικαγόραν τὸν σοφιστῶν, &c.* Unde videre est Porphyrium post obitum Plotini ex Sicilia eo commigrasse. Eunapius quoque post Siciliam commorationem Romam eum rediisse, ac dicendi facultatem summa cum laude exercuisse testatur: ita ut Senatus populusque Romanus magno eum in pretio atque honore haberet. Ubi tandem in profunda senectute decessisse dicitur. Quibus & hoc addo, editam ab eo Plotini vitam circa septuagesimum ætatis annum: cum ibidem referat, se anno sexagesimo octavo ecstasi divina sive excessu mentis correptum fuisse: nisi ea melancholici cerebri potius commotio, aut demonis in angelum lucis transfigurati ludicrum phantasma, cum D. Augustino lib. 10. de Civ. Dei c. X. censenda sit. Fuit is annus Christi CCCI, Diocletiani Imperatoris XVIII. qui triennio post imperio se abdicans Constantium habuit successorem. Sed cum Porphyrius dicto loco anni illius LXVIII. ut pridem elapsi meminere; verosimile videtur, scriptam ab eo Plotini vitam in extrema senectute, & sub finem imperii Diocletiani. Nam illius tempora non excessisse Porphyrium recte ex Eunapio affirmat Suidas. Cujus autoritate neglecta, Illustriss. Ecclesiasticorum annalium autor multo longius, ad annum scilicet Constantini XXIII. atque ulterius vitam ejus producit, uti mox videbimus. In Sicilia cum alios libros plurimos, tum sceleratos illos contra Christianam religionem à Porphyrio scriptos testatur Eusebius lib. 6. hist. eccles. cap. 19. & post ipsum D. Hieronymus in catalogo illustr. script. ubi Eusebii opera recenset. Id sane non obscure colligi potest, vixisse eum aliquot annos in Sicilia, & quidem fama maxima. Nam & Longinus post Plotini obitum inde illum in-

patriam evocat, & Plotini libros ad se mitti petit: tum D. Augustinus retractat. lib. 2. cap. 31. ob longiorem in insula commorationem alium ab hoc nostro Philosopho credidit fuisse *Porphyrum Siculum illum*, ut ait, *cujus celeberrima est fama*. Qua in re similis fere error est, nescio an Nicephori Callisti, an ejus interpretis, lib. V. cap. 13. ubi dictus Eusebii locus transcribitur. Nam cum Eusebius dicat, *ἡ κατὰ ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ κατασκευασθεὶς Πορφύριος*, pro eo apud Nicephorum *Porphyrus Siculus* nunc legitur. Unde videre est eum in Siculo recessu magnum sibi & illustre scribendo nomen parasse: quod unius alteriusve anni spatio vix fieri potuit. Quin & Isagogen de quinque vobis ad Chrysaorium in Sicilia ab eo scriptam affirmat Ammonius: cujus verba inferius suo loco à me producentur; quamvis ille aliam, & meo quidem judicio satis ineptam Siculæ profectio- nis causam afferat.

### CAP. III.

*Porphyrum in Sicilia contra Christianos scripsisse. Baronii sententia ex Lactantio perpenditur. S. Methodius quando passus.*

**V**erum Illustrissimus annalium conditor, contra quam Eusebius & Hieronymus, non in Sicilia, sed in Bithynia eum impiis suis libris Christianam religionem oppugnasse contendit: cujus sententiæ fundum habet Lactantii verba lib. V. de justitia, c. 2. quæ pressius considerare operæ pretium fuerit. Refert ille, eo tempore quo Diocletianus crudelissima persecutione contra Christianos sæviret, & Ecclesias veri Dei funditus subversas demoliretur, duos extitisse, qui blasphemam linguam Imperatorum furori commodarent, scripto religionem Christianam oppugnare aggressi: alter quidem Philosophus, alter judex. Neutrum tamen nominat: credo ne suis scriptis ad posteritatis memoriam illorum nomina transmitteret, qui salutare JESU Christi nomen impiis suis libris oppugnare & extinguere studuerant. Ego, inquit, Lactantius, cum in Bithynia literas oratorias accitus docerem, contigissetque eodem tempore ut Dei templum everteretur, duo extiterunt ibidem qui jacenti atque abjectæ veritati, nescio utrum superbius an importunius, insultarent: quorum alter antistitem se philosophia prætebatur: veram ita vitiosus, ut continentia magister non minus avaritia quam

quam libidinibus arderet : in victu tam sumptuosus, ut in schola virtutis asser-  
tor, parsimonia paupertatisque laudator, in palatio pejus cenaret quam domi;  
tamen vitia sua capillis & pallio, & quod est maximum velamentum, divitiis  
prætegebat : quas ut auget, ad amicitias judicum miro ambitu penetrabat,  
eosque sibi repente autoritati falsi nominis obligabat ; non modo ut eorum sen-  
tentiam venderet, verum etiam ut confines suos, quos adibus agrisque pellebat,  
à suo repetendo hac potentia retardaret. Hic vero qui suas disputationes  
moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat, ipse adver-  
sus se gravis censor, & accusator acerrimus, eodem ipso tempore, quo justus  
populus nefarie lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem nomenque  
Christianum. Professus ante omnia Philosophi officium esse erroribus hominum  
subvenire, atque illos ad veram viam revocare, id est, ad cultus Deorum, quo-  
rum numine ac majestate, ut ille dicebat, mundus gubernaretur: nec pati ho-  
mines imperitos quorundam fraudibus illici: ne simplicitas eorum præda ac pa-  
bulo sit hominibus astutis. Quibus multa de totius operis instituto at-  
que argumento subjungit, quæ apud ipsum legi malo. Quinam ille  
fuerit, ait Illustrissimus annalium autor, quem Lactantius inter Philo-  
sophos hujus temporis sibi locum principem vindicasse dicit, nullus  
alius quem opinari possimus occurrit, nisi Porphyrius: qui inter Pla-  
tonicos horum temporum excellebat; quem & adversus Christianam  
religionem commentarios edidisse exploratissimum est. Quamob-  
rem ut quæ Lactantius tradit alicui alii adscribamus potius quam Por-  
phyrio, nulla, inquit, est ratio. Sane cum cogito quam immani  
odio apud Christianos laborarint ii, qui bello adversus Christum su-  
scepto inclarescere voluerunt, & quam detestabile istorum nomen  
Christianorum scriptis atque execrationibus evaserit: vix memoriam  
nomenque hujus Philosophi, quisque demum fuerit, interciderere po-  
tuisse arbitror: præsertim cum nudo & aperto, quod ajunt, capite,  
in infaustum hoc certamen descenderit. Tum vero quod omnium  
gravissime Christianos id tulisse testetur Lactantius, quod illo potis-  
simum tempore id operis esset aggressus, quo furebat odiosa crudeli-  
tas; nec quisquam diræ persecutionis metu veritatis afflictæ patrocini-  
um suscipere auderet. Quæ odium hæud dubie auxerunt, ut mox  
respirante Ecclesia eo acrioribus animis in Christi hostem insurge-  
rent; cum nullum in principum favore præsidium, nullum in aperto  
jam atque æquo certamine effugium reliquum esset. Exosum fuit Celsi  
nomen, quod primus ille Epicuri de grege porcus adversus exorien-  
tem veritatis lucem grunnire fordido ore ausus fuisset. Nec minor

invidia excepit alterum Christi hostem Hieroclem, qui ignorantia suae deliramenta φιλαλήθης titulo inscripsit: ut fallaci illicio incautos irretiret. Julianus quoque Cæsar cum desertis religionis nostræ sacris, erroribus paganorum turgens πρὸ Ἑλληνικῆ ὀφρῶν stulte & arroganter adversus Christum sustulisset; & ne temere à veritate defecisse videretur, stylo eam suscepisset oppugnandam, quam gladio excindi non posse retro seculorum experientia didicerat; impii & Ἰσομάχης nomine æternum infamis evasit. Sed longe gravissima fuerunt odia adversus Porphyrium, contra quem universa Ecclesia Christi junctis viribus arma cepit. Trīginta enim circiter scriptores Catholici blasphemias ejus refutarunt: si qua fides Fl. Lucii Dextri Chronicis. Et ipsi Imperatores suis edictis nomen ejus perpetuū infame esse voluerunt.

Hæc omnia dum cogito, pedibus in illustrissimi Baronii sententiam discedere lubet: sunt tamen quæ non leviter me retrahunt. Primum quidem Eusebii & D. Hieronymi autoritas, qui eum in Siculo secessu adversus Christianos scripsisse disertim testantur. Eusebius enim dicto loco ait, Ὅκαθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ κατὰ τὴν Πορφύριον συγγράμματ' ἐκαθ' ἡμῶν ἐισησιόμην. & D. Hieron. refert Eusebium edidisse *contra Porphyrium*, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, libros XXX. Tum librorum numerus non convenit: XV. enim, non solum III. edidit, ut Hieronymus & Suidas testantur: tum vero in primis temporum vitæq; ratio: nam nec ætas, nec vitæ Pythagoricæ institutum cum iis convenire videntur, quæ Lactantius de Asiatico illo Philosopho prodidit: nam cum ἀκμῆ persecutionis Diocletiani, & Ecclesiarum demolitio, cujus Lactantius dicto loco meminit, in annum Christi CCCII. incidat, qui fuit XIX imperii Diocletiani, LXIX, ætatis Porphyrii; aliorum ego judicii facio, an ea quæ de libidinibus, de luxu, de assentatione & parasitismo aulico Asiatici illius Philosophi Lactantius refert, seni decrepito convenient: ei præsertim qui siccum & sobrium Pythagoricæ vitæ institutum semper fuerat sectatus, quod diligentissime ab ipso servatum libri περὶ ἀποχῆς ad Firmum Castricum scripti, abunde probant: neque enim amico intimo, & fraternæ necessitudinis vinculo sibi conjuncto eam vitæ & Philolophandi rationem tam operoso volumine suasurum, fuisse existimo, si ipse eam neglexisset: nec quisquam veterum, quod quidem ego observarim, hujusmodi quid Porphyrio objicit: quem rabidum, furiosum, impium, blasphemum, veritatis & DEI hostem Eusebius, Hieronymus, Augustinus, aliique perpetuo cognominant: qui nullam

nullam ejus exagitandi materiam ansamque prætermiserunt. Et quamvis non ignorem plerosque Philosophos aliter differuisse in schola, aliter domi vixisse: de Porphyrio tamen cur secus existimem, causam hanc potissimum habeo, quod eo ipso tempore, quo Lactantius Asiaticum illum Philosophum luxu & libidine obrutum contra Christianos scripsisse ait, Porphyrius parco & sobrio victu animum à corporis contagione purum, & à sensuum communione abductum, ad vitam secundum mentem extollere studuerit: quod quidem ea manifeste testantur quæ sexagesimo octavo ætatis anno sibi contigisse in Plotini vita retulit. Accedit ingens ille librorum atque commentariorum numerus, quibus procudendis vitam omnem impendit: adeo ut extrema adhuc senectute Plotini scripta emendata, & concinno ordine digesta publicaret. Taceo quod ipsa ætas haud exiguum respondendi materiam præbere, & delirii suspicione irrideri potuisset. Sed illud mihi argumentum omnium gravissimum videtur, quod Methodius Patrensis Episcopus Tyrius, qui nitidi compositique sermonis libros adversus Porphyrium confecit, ad extremum persecutionis Diocletiani, sive ut alii affirmant sub Decio & Valeriano, martyrio coronatus sit: hæc enim D. Hieronymi verba sunt de sanctissimo viro. Atque ut posterior illa opinio, de consummato martyrio sub Decio, manifeste falsitatis convinci potest ex eo, quod Decio imperante Porphyrius, quem Methodius refutavit, vix vicesimum ætatis annum attigisset, & post XVI. integros annos demum in Siciliam profectus fuerit; ita posterior illa aperte ostendit, ante prædictum XIX. annum Diocletiani, & Porphyrium suas blasphemias edidisse, & Methodium iisdem respondisse: cum Lactantius Christianos temporis gratia conticuisse disertim affirmet: quod nemo illum dicturum fuisse existimaverit, si Methodius tum solus communem Ecclesiæ causam defendendam suscepisset. Nec reticissent Eusebius atque Hieronymus, diligentissimi harum rerum observatores. Quis vero D. Augustinum rerum Ecclesiasticarum adeo vel imperitum vel immemorem fuisse existimet; ut cum lib. X. Civit. Dei cap. 32. Porphyrium eo tempore vixisse dixisset, quo Diocletianus crudelissima persecutione Ecclesiam Christi oppugnabat; nec tot martyrum constantia ad veritatis viam agnoscendam permotum doleret; id tam opportuno loco omitteret, Porphyrium eo ipso tempore furentem imperatoris animum impiis suis libris adversus innocentes Christianos vehementius concitasse, & veritati armis oppressæ importuna insultasse protervia: quo nomine Lactantius Asiaticum illum Philosophum ma-

xime

xime accusat? Ego D. Augustini verba apponam, ut eo facilius quisque judicare possit. Ille enim cum sub principium capituli scripsisset, Porphyrium libro 1. de regressu animæ dixisse: *Nondum receptam unam quandam sectam qua universalem viam animæ contineat liberanda: subjungit deinde, Quanam ista est universalis via, nisi qua non sua cuique genti propria, sed universis gentibus qua communis esset, divinitus imperitata est? quam certe iste homo non mediocri ingenio præditus, esse non dubitat: providentiam quippe divinam sine ista universali via liberanda animæ genus humanum relinquere potuisse non credit. Neque enim ait non esse; sed hoc tantum bonum, tantumque adjutorium nondum receptum, nondum in suam notitiam esse perlatum. Nec mirum, tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis, quando ista liberanda animæ universalis via, qua non est aliaquam religio Christiana, oppugnari permittebatur ab idolorum demonumque cultoribus, regibusque terrenis, propter asserendum & consecrandum martyrum numerum, hoc est, testium veritatis: per quos ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis & commendatione veritatis esse toleranda. Videbat ergo ista Porphyrius, & per hujusmodi persecutiones cito istam viam perituram, & propterea non esse ipsam animæ liberandam universalem putabat: non intelligens hoc quod eum movebat, & quod in ejus electione perpeti metuebat, ad ejus confirmationem, robustioremque commendationem potius pertinere. Nonne certissimis rationibus ex hoc loco colligitur, vel Porphyrium postremæ illius persecutionis tempore non scripsisse: vel supinam D. Augustini fuisse ignorantiam aut oblivionem, qui tali loco rem tantam præteriret?*

#### CAP. IV.

*Porphyrii vitam non recte produci ad Constantinum. M. Publius Optatianus Porphyrius Poëta cum Porphyrio Philosopho confusus. Britannia fertilis tyrannorum provincia. Constantini edictum explicatum.*

**V**erum de hisce libera cuique per me sentiendi potestas esto, donec veritas aliorum studio diligentius limata, ex antiquitatis tenebris clarior elucescat. Sed in eo summo viro non temere assentiendum existimo, quod contra Eunapii atque Suidæ fidem Porphyrii vitam usque ad XXIII. annum Constantini Magni producit: tum in iis quæ de  
 exilio

exilio & palinodia ejus prodidit : quæ eruditissimorum hominum animadversiones ac censuras non effugere. Sed præstat ea hic apponere, quæ ad annum Christi CCCXXV. ecclesiasticæ historiæ princeps scribit. *Quod ad Porphyrium spectat, qui adversus Christianam religionem tot tantasque blasphemias effutisset, & ipsum Imperatorem contumeliis proscidisset, cum inter alia, quod testatur Gildas, dixerit in ipsius odium, Britanniam fertilem tyrannorum provinciam esse ; dignam laboribus mercedem eum recepisse Constantinus cum tradat : non tantum quod libri ejus fuerint incendio condemnati ; sed & quod exilio multatus sit : id affirmasse videtur, ac plane insinuat, eundem Porphyrium adhuc, eo tempore quo hæc contra Arium scribebat, fuisse superstitem : quem ex testificatione S. Hieronymi abhinc post triennium, nempe anno XXIII. ejusdem Constantini Imperatoris, missò ad eum insigni, ut ait, volumine, ab exilio liberatum apparet.* In quibus verbis docti viri jam pridem monuerunt Porphyrium philosophum confundi cum Publio Optatiano Porphyrio Poëta, Christiano quidem, sed cætera nugacissimo : nam de illo D. Hieronymum loqui testatur panegyricus ad Constantinum Augustum, qui adhuc superest. Et ne quis dubitandi locus relinquatur, apponam Poëtæ exulantis versus, quibus Thaliam suam in præfatione alloquitur.

*Hic trepido pede tecta petis venerabilis aula ;  
 Horrida quo nimium sit tua mundicies ;  
 Hos habitus vatis presentia fata merentur ;  
 Vix locus hoc saltem præbuit unde venis.  
 Suppliciter tamen ire potes, dominumque precari :  
 Squalor & hæc sordes conveniunt miseris.  
 Cum dederit clemens veniam, natumque lavemque  
 Reddiderit, comptis ibis & ipsa comis.*

Nec minus in eo hallucinari videtur, quod ex Gilda Britanno Porphyrium de Constantino Imperatore contumeliose locutum, atque eam ob causam exilio damnatum fuisse colligit ; cum potius contrarium ex Gildæ verbis evincatur. Igitur nunc omittens, inquit, priscos communesque omnibus gentibus errores, nec enumerans patriæ portenta ipsa diabolica pene numero Ægyptiaca vincentia, & tacens vetustas immanium tyrannorum annos, qui aliis longe positis regionibus vulgati sunt : ita ut Porphyrius rabidus orientalis adversus Ecclesiam canis dementia suæ ac vanitatis stylo hoc etiam adnecteret ; Britannia, inquit, fertilis provincia tyrannorum. Quid quæso



hic de Constantino, aut Constantini ævo ? cum disertim de iis temporibus loquatur, quibus Britanni nec Romani Imperii potentiam, nec Christianæ religionis veritatem agnoverant. Atque aliter haud dubie sensisset Vir iudicii maximi, si D. Hieronymi locum, unde Gildas Porphyrii verba transcripsit, observasset: quem ex libro ad Ctesiphontem adversus Pelagianos adscribendum duxi. *Et ad extremum, quod solet nobis objicere contubernalis vester Porphyrius: qua ratione clemens & misericors Deus ab Adam usque ad Moysen, & à Moysen usque ad Christi adventum, passus sit universas gentes perire ignorantia legis & mandatorum DEI. Neque enim Britannia fertilis provincia tyrannorum, & Scotica gentes, omnesque usque ad Oceanum per circuitum barbare nationes Moysen Prophetasque cognoverant.* Annon luce meridiana clarius, nihil hic in Constantinum dici: sed ea designari tempora, quæ Christi adventum, & Romani Imperii propagationem ad Britannos præcesserunt ? Nec de Porphyrii mente dubitare nos sinit, quod eadem quæstio ex Porphyrii libris contra Christianos desumpta D. Augustino inter alias proposita fuit: cui ille fuse respondet Epist. XLIX. ad Deo gratias.

Cur autem Britanniam fertilem tyrannorum provinciam Porphyrius appellarit, id C. Taciti gravissimi auctoris verba de Britannis in Julii Agricolaë vita docent: *Olim, inquit, regibus parebant; nunc per principes factionibus & studiis trabuntur. nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in communi non consulunt.* Et Strabo libro IV. autor est, apud Britanos duas civitates fuisse: & plerosque Dynastarum Cæsarem legationibus officiisque coluisse. quæ ex IV. libro commentariorum de bello Gallico cognosci poterunt: ubi Cæsar ipse expeditionem suam Britannicam narrat. Neque hoc sæculo tyrannicæ familiarum factiones, apud Scotos præsertim & Hibernos exoleverunt; sed ut quisque nobilium vel genere illustrior est, vel manu promptior, ita facilius subditos ac clientes plurimos in studia partesque suas, sæpe etiam regibus ipsis periculosas, pertrahit. Ex hisce jam latis apparet quid de Constantiniani edicti explicatione sentiendum: quo Illustrissimi scriptoris sententiam minime stabiliri facile agnoscat, quisquis edictum ipsum inspexerit. Nam cum principio Imperator scripsisset; *Porphyrium religionis hostem pravis quibusdam commentariis contra pietatem editis dignam invenisse mercedem; ne quis de exilio aliove supplicii genere explicaret, ipse subjungit: ac talem, ut ipse quidem infamis apud omnem posteritatem maximo opprobrio & dedecore completeretur: impia autem ejus scripta plane deleverentur.* annon manifestum est, nihil aliud Imperatori

peratori propositum fuisse, quam ut publico edicto eandem probro-  
li nominis infamiam Ario ejusque sectatoribus inureret, qua Porphy-  
rium flagrare videbat; & pari exemplo, quo Porphyrii libros extinxe-  
rat, impia eorum scripta supprimeret? Quod egregium piissimi Impe-  
ratoris factum dein Theodosius imitandum sibi duxit: qui simili lege  
Nestorii sectatores invidioso nomine Simonianos, à Simone mago ap-  
pellari voluit; ut cujus scelus fuerant in deserendo Deum imitati, ejus  
vocabulum jure viderentur sortiri, l. 6. C. de hæret. & Manich. Hæc  
accuratius explicare volui, quod nonnullos temere & ἀβατανίσως Ba-  
ronianam sententiam amplectentes affirmare videam, Porphyrium  
Dei spiritu afflatum, tandemque ad fidem conversum, instar Sauli Tar-  
sensis Jesum verum Deum agnovisse. *Quem utinam cognovisset, (utar  
enim D. Augustini voto) eique se potius quam vel sua virtuti, que hu-  
mana, fragilis & infirma est; vel perniciosissima curiositati sanandum tutius  
commisisset.* Quæ sanctissimi Patris de hoc Philosopho, verba sunt li-  
bro X. de Civ. DEI cap. 27.

## CAP. V.

*Porphyrium non Judæum, sed Phœnicem fuisse: cur Batanaotem D.  
Hieronymus vocarit: varia in eum locum conjectura.*

**N**ec forte abs re fuerit, aliam maximi scriptoris sententiam de  
Porphyrii patria & genere hoc loco expendere: novam quoque  
illam, & adversus constantem omnium autorum fidem deductam ex  
obsuro quodam D. Hieronymi loco. In quo tamen facilius quid falsum  
sit convincere possum, quam quid verum affirmare. D. Hieronymi  
verba sunt in præfatione commentariorum in epistolam ad Galatas:  
*quod nequaquam intelligens Batanaotes & sceleratus ille Porphyrius in primo ope-  
ris sui adversus nos libro, Petrum à Paulo objecit esse reprehensum.* Ex quibus  
Illustriss. Cardinalis contendit Porphyrium non Phœnicem, sed Ju-  
dæum; non Tyrium, sed Batanaotem fuisse; natum Batanaæ, quæ Ju-  
dææ civitas est, XV. miliaribus à Cæsarea Palæstinæ, aquarum calida-  
rum celeberrimis fontibus celebris. Sed quod patriæ generisque eum  
tæderet, falso & impudenter mentitum fuisse Phœnicium, quo & olim  
& nunc quoque vulgo censetur.

Nec forsan à vero abhorrere hæc sententia videbitur ei qui cogitet, D. Hieronymum complures annos in intima Judæa cum Judæis eruditissimè familiarissime vixisse, eorumque opera multa ab ipso perquisita, multa cognita fuisse, quæ ab aliis nullo modo sciri potuere, *ἡμεῖς δὲ ἀκούσαντες* ejus nationis. addo & illud, quod Socrates ex Eusebio prodidit, Porphyrium principio Christianum, odio Christianorum, à quibus Cæsareæ Palæstinæ gravius fuerat reprehensus, quam impotentis animo ferre posset, religionem nostram deseruisse. Id enim leve ac desultorium ingenium arguit, cui *δοξαστορία & ὑπερηβασία* non insolens fuerit. Quibus & tertia ratio accedit, quod Moysen Prophetam citet in libello de antro Nympharum, & libro 2. & 4. de abstinentiâ, de Judæorum institutis sectisque ex Theophrasto & Flavio Josepho multa referat. Verum multo plura sunt & validiora quibus contrarium evinci videtur. Nihil enim dico, quam effrons illa fuerit impudentia hominem genus patriamque mentiri. Facile concesserim potuisse id fieri ab eo, qui animum frontemque adversus Deum & veritatem ipsam obduraverat; metus saltem infamiæ eum deterruisset, cum mendacium nequaquam posset latere: quod ex maxima Phœnicia civitate plurimi & Alexandriam & Romam quotidie commigrarent, quorum indicio fraus facile detegeretur. Idque eo magis, quod & ipse patrem Tyrium nominet; & Eunapius eum non ignobili genere apud suos ortum testetur. Et quomodo latere potuit, qui tanta eruditionis & sapientiæ fama inclaruerat? & ut alios latuerit; qui potuit Longinum, Jamblichum, aliosque Syros, qui cum eo versabantur? Ipse Longini epistolam vitæ Plotini inseruit, ex Phœnicia ad se scriptam, qua ex Sicilia evocatur: ubi Longinus Tyri patriæ ejus meminit. Vivebat eodem tempore in Phœnicia Amelius, condiscipulus Porphyrii. An eos & patriæ & genus amici e mentibus latere potuit? quem tamen ipsi constanter in suis scriptis Tyrium vocarunt. Et cum Libanius Sophista Syrus, oratione funebri in Julianum Imperatorem, Porphyrium *Tyrium senem* honoris causa appellasset; Socrates tamen qui lib. 3. hist. Eccles. cap. 23. ea Sophistæ verba conquisitis rationibus verbisque operose confutat, de patria nullam ei litem movet. Et quis credat, eum in tanto contradicendi studio prætermisurum fuisse illud, unde Tyrii senis nomen gravi infamiâ aspergi poterat: si quid tale vel scripto vel fando proditum accepisset? nec neglexisset Suidas, qui ea quæ ad gentiliū Philosophorum irrisionem spectant, diligenter undique transcripsit; taceo enim quod Eusebius non uno loco in libris de præparatione & demonstra-

tione

tione Evangelica, eum gentilem & gentilium magistrum ac Theologum appellat. Cæterique Patres cum Porphyrii calumnias sæpe cum Judæorum blasphemis comparent, nemo tamen **commune cum** illis genus ipsi fuisse scribit. Quod invidiæ augendæ, & impiis contra Christum objectionibus refutandis maxime profuisset. Christianam religionem eum vel serio amplexum fuisse, vel saltem non aversum facile crediderim, qui puer Originem Alexandria audierat, clarissimum Christianæ religionis lumen. Præsertim cum præter Socratis atque Nicephori auctoritatem, D. Augustinus lib. 10. de Civ. Dei c. 28. disertim affirmet, illum vanæ scientiæ tumore inflatum à saluberrima Christi humilitate resiliisse. Atque esto. Quis vero hinc ostendet eum à Judaismo ad Christianismum transiisse? Nec majoris momenti sunt illa de petitis ex Moyse & Fl. Josepho testimoniis. Cum quidem eo loco Moysen non suis, sed Numenii verbis citet: quem in Prophetæ lectione versatissimum fuisse, testantur cum alia plurima ejus loca, apud Eusebium de præparatione Evang. & Theodoretum in *Ἱερραπ.* tum præsertim nobile illud dictum *τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀτίμητων;* Et demus Moysen *προηγμενίως* ab ipso citatum: quid inde huic opinioni probandæ effici poterit? cum in confesso sit ejus sæculi Philosophos ferme omnes sacras literas legisse. Nam & Longinus Porphyrii præceptor, libro *περὶ ὑψους*, ex eodem principio Geneseos locum adducit cum honorificentissima Prophetæ mentione. Sed frustra hujusmodi rationibus pugnamus, cum certum sit, Porphyrium non Moysen solum, sed universam sacram scripturam legisse, & quidem diligentissime: eo fine, ut falsam & incertam ostenderet divinorum oraculorum fidem: quod Eusebius in libris de præparatione non uno loco, & Theodoretus serm. 7. *Ἱερραπ.* testantur. Ea vero quæ in libris de abstinentia de Judæis affert, liquido ostendunt, ipsum nihil proprio usu & experientia de eorum rebus compertum habuisse. Ita enim aliena fide nititur, ut hospitem in peregrino solo versari nemo non videat. Et Eusebius id agnoscit, qui prolatis inde Porphyrii locis lib. 9. *περὶ παρ.* subjungit: *πάντα μὲν ὁ Πορφύριος ἐκ παλαιῶν, ὡς εἰκὸς, ἀεὶ ἀγνοσμάτων τῆ ἑ δὴ λεγόμενων αἰσθητῶν ἁποδείξει τε ὁμῶς καὶ φιλοσοφία ἱμαρτήρησεν.* *Hæc Judæorum religioni ac sapientiæ testimonia Porphyrius ex antiquorum lectione, ut apparet, hausta perhibuit.* Ecquis Eusebium tam commodo loco tale quid præteritum fuisse existimet? sed quam medicinam D. Hieronymi verbis faciam non facile perspicio. Equidem haud temere in veterum scriptis quidquam mutandum existimo, si sensus ut-

cunque erui possit, Ideoque animum in varias partes vertenti id primum occurrebat, inter loca quæ in divisione terræ sanctæ in sortem tribus Aser ceciderunt, Josuæ 19. v. 25. recenseri Beten, sive vicum, sive oppidum: quod recentiores Palæstinæ descriptores inter Ptolemaidem & Tyrum collocant. Hanc forte Porphyrii patriam à D. Hieronymo creditam fuisse suspicabar, & maluisse Porphyrium à vicina urbe celeberrima potius quam ab ignobili loco cognomen patrium assumere: quod Virgilium & Livium clarissimos autores fecisse scimus. Nullas tamen rationes excogitare potui, quibus id mihi persuaderem. Nam Eusebius libro de nominibus locorum in sacra scriptura, brevi à nobis edendo, sic scribit: βατναί (ita enim ille hunc locum vocat, non Baten, ut Hebræorum fontes, & vulgata editio) Φυλῆς Ἀσῆρ. καὶ νῦν καλεῖται κώμη βεβετὲν, διὰ τὸ ὄγδος σημεῖον Πτολεμαίδος εἰς αἰνατολίαν, & D. Hieronymus ejus interpres: *Batnae: in tribu Aser. Et nunc appellatur vicus Bethbeten in octavo milliario Ptolemaidis contra Orientem.* Unde Eusebii & ipsius Hieronymi autoritate cognoscimus, locum pristinum nomen eo tempore perdidisse: nec potuisse Porphyrium à Batnis, vel βεβετὲν, seu Bethbeten, Batanæotem appellari. Taceo enim quod locus obscurus fuerit, quem Sacræ literæ unico tantum loco commemorant, cæteris omnibus ignotum. Et si patriam Porphyrii fuisse demus: quid quæso probri ex ejus commemoratione? aut si Hieronymus probri loco objiciat: cur non pluribus verbis exagitavit rem paucis aut nulli cognitam? Inde aliud mihi incidit, quod sensus loci ultro suggerere videtur, Batanæotem per convicium atque opprobrium fuisse appellatum: & licet hæcenus nihil tale observarim, nomen hoc forte aliqua infamiæ nota ex gentili probrosum apud antiquos evalisse: ut Sodomitarum, ac Capernaitarum, aliaque in sacris literis: adeo quidem ut nemini dubium sit, si quem dictis nominibus appellem, non patriam me exprobare, sed vel impietatis, vel ἀλογίας crimen. Nec desunt exempla apud profanos autores, qui stolidos ac stipites Abderitas, fabulosos nugatores Bergæos, impios Melios, impostores Ægyptios, mendaces Cretenses appellarunt. Sed cum neutrum mihi satisfaceret, tandem manusc. Vaticanos consului, ut Sibyllæ folia; quæ tamen ex incerto incertiore me dimiserunt. Cum alii eo loco *Bethaniotes* alii *Biothaniotes* legant: neque ulla sit major varietas, quam quod alii adspiratam literam addant, alii omittant. Hic ad conjecturas confugienti nihil commodius occurrebat, quam ut levi mutatione legeretur: βιοθάνιατ & sceleratus ille

*Porphyrius.* Cum nec D. Hieronymum à Græcorum vocabulorum usu abhorreere constet; & ipse Porphyrius in Plotini vita testetur, se animum furore & atrabile percitum violenta morte ex corpore educere voluisse. Hoc enim maximum impiæ temeritatis argumentum, & plane furiosæ mentis signum: quod non solum sanctior nostra religio, sed ipsa quoque illa Philosophia quam profitebatur, & rectæ rationis usus damnataque averfatur. Quod si minus hæ conjecturæ cuiquam arri-ferint; addam & tertiam Cl. Jacobi Sirmondi S. J. Theologi, viri eruditione & judicio maximi: qui peramanter suam de hoc loco sententiam mihi exposuit: ita tamen ut haud invitum se cum meliori eam commutaturum ostendat. Is forte Βαλανεώτης ab Hieronymo scriptum fuisse conjicit: hoc est, ut Suidas exponit, *πείεργον καὶ πολυπεράγμων*. Sed licet non abs re id *ἐπώνυμον* Porphyrio tribui posse videatur, & cum scelerato quod sequitur non inepte congruere, ego tamen, inquit, Porphyrium, etsi dæmonem e balneo fugasse dicitur, *Βαλανεώτην* dictum, nisi veteres libri doceant, non facile credam. Hæc fusius de loco obscuro exposui, non quod summæ eruditionis viro contradicere studuerim, aut maximis ejus in Ecclesiam DEI meritis quidquam detractum velim: cujus piissimos manes toto animo veneror: sed ut acutioribus ingeniis cogitandi materiam proponerem. Et sane magno me beneficio sibi habebit devinctum, qui in re obscura certam aliquam lucem extulerit. Verum longius me à proposito abduxit singula excutiendi amor. Nunc cætera ordine persequar.

## CAP. VI.

*Veri Philosophi nota.* Porphyrius proprie Φιλόσοφος *dictus.* Ejus ingenium, & Philosophandi ratio. Platonis atque Aristotelis doctrina ab Ammonio expurgata. Porphyrii præceptores & discipuli. Suidæ hæc de re errores.

**T**Hemistius ea oratione, quam Βασανιστικὴ, sive *exploratorum* vocant, philosophum ex Platonis mente descripturus, notas aliquas posuit, quam typos, symbola, *γνωρίσματα*, & Βασανιστήρια appellat: quod illarum beneficio verum ac genuinum philosophum explorare, & à ficto atque adulterino discernere liceat: quas Alcinous quoque ex libro VI. de rep. introductioni suæ Platonice præmisit. Hoc Platónico examine adhibito nos quoque dispiciemus, quid de Porphyrii ingenio

&amp;

& philosophandi ratione sentiendum : & utrum jure merito antiquitas eum in principum philosophorum numero collocarit. Et primo quidem Plato philosophos non minus quam Homerus reges, Διογηνεῖς καὶ Διοτρεφεῖς esse voluit : nec nisi ex sacro connubio, hoc est, ex parentibus optimis & legitimo genere natos ad arcana sapientiæ mysteria admittendos censuit : ut sua illis reverentia ac majestas constaret : ne in vulgus profanum propalata vilescerent, & sordidis ingeniis, tanquam vasis impuris commissa, inquinarentur. Hanc probi ac legitimi generis notam Porphyrio, quantum licuit, superiore disputatione vindicavimus. Quamvis parum de ingenii ac sapientiæ laude decederet, etiam si aliena illa deessent : cum Pythagoras & Socrates, atque ipse etiam Plato, servos & barbaros, ingenio præstantes, ad philosophiæ adyta admiserint. Verum ingenii acumen ac docilis solertia, & memoria depositi tenax, cæteraq; animi dotes, quas ἁφύιας sive ἁμοιείας nomine Platonici complectuntur, adeo sunt necessariae ; ut frustra quis ad præclaram sapientiæ laudem adspiret, & ambitiosum Philosophi nomen affectet, si hisce destituatur adminiculis : sine quibus animus nequaquam ad cœlestium rerum per investigationem, & ad supremi ac beatissimi illius entis contemplationem elevari potest : quod ab erroneo materiæ fluxu secretum, subductumque à sensibus solo intellectu cognoscitur. Atque hac ingenii præstantia nescio an quisquam veterum (Principes illos philosophorum solos excipio) cum Porphyrio comparari queat. Et scripta, quæ ex plurimis pauca supersunt, sublimis ingenii acumen, & egregiam philosophandi rationem testantur. Et consentiens antiquitatis judicium id confirmat : quæ in tanta philosophantium turba Philosophi cognomen uni Porphyrio proprium ac peculiare tribuit. Neque enim nostro duntaxat, aut patrum nostrorum seculo curiosa hominum ambitio in doctorum titulis excogitandis cœpit luxuriari : sed melior antiquitas unumquemque Philosophorum illustri aliquo cognomine distinxit. Nam ut Pythagoram Philosophum, sapientem Socratem, divinum Platonem, Aristotelem dæmonium, magnum Hippocratem, aliosque majorum gentium sapientes taceam ; aurea illa recentiorum Platoniorum catena, ut Damascius eam vocat, simili nominum varietate à Proclo aliisque posterioribus ornatur : qui Ammonium Θεοδίδακτον, Plotinum μέγαν, Longinum κριτικώτατον, Amelium Ἰωναῖον, Theodorum Θεωμάτην, Jamblichum Θεῖον, solum vero Porphyrium Φιλόσοφον religiosa quadam observatione ubique appellant. Quæ quidem non minor inter ὧν ἕξω Porphyrii

phyrri laus est, qui post Pythagoram illud cognomen meruit; quam  
 inter nostros Gregorii Nazianzeni, qui in tanto Theologorum nu-  
 mero solus post D. Joannem proprium Theologi nomen obtinuit.  
 Ut B. Augustinus, Latinorum Theologorum princeps, Porphyrium  
*doctissimum Philosophorum, & non mediocris ingenii hominem* dixerit: & Pro-  
 clus Platoniorum subtilissimus *τὸ ἱεροπρεπὲς νοήματα* Porphyrii non  
 uno loco admiretur: quem & Isidorus Philosophus, magnum divini-  
 nioris scientiæ thesaurum collegisse affirmabat. Et sane pressius  
 rem consideranti facile apparebit, veterum de Porphyrio iudicium  
 nequicquam à vero aberrasse. Si enim sapientiam ex ipsorum  
 mente definiamus, *τὴν ἔντι τῆς Πιότητος καὶ κατέληψιν, καὶ μόνην*  
*τὴν ἐν τῷ τῶν γῶσιν ἔ ἀληθείας*, hoc est, *veri entis scientiam & unicam*  
*veritatis, quæ in hoc ente latet, cognitionem*: negari certe non potest,  
 Porphyrium recte Philosophum, hoc est, sapientiæ illius studio-  
 sum appellari: cujus scripta omnia in hoc versantur, ut offusum te-  
 nebris animum, vel humaniorum literarum artium cognitione,  
 velut *παιδεία* quadam ad diviniorem illam scientiam præparent:  
 vel moralis Philosophiæ præceptis à corporis ac mortalitatis expur-  
 gent contagio: aut purgatum solutumque sublimiori quadam doctri-  
 na ad veri entis perinvestigationem conjunctionemque elevent: quod  
 ex librorum argumentis, quos ordine deinceps commemorabo, facile  
 perspicietur. Accedit, & alia ratio: quod pleraque omnia Platonis  
 atque Aristotelis opera luculentis commentariis illustrarit: & ad cer-  
 tiorem illorum cognitionem introductionibus quibusdam, quas *εἰσσε-*  
*γωγὰς & συχαιώσεις* vocant, planam facilemque aliis straverit viam.  
 Cum in vero interprete non solum exactissima requiratur cognitio eo-  
 rum quæ explicanda suscipit; sed & facultas quædam, ut obscurius di-  
 cta clara & perspicua oratione illustret; dubia stabiliat, corrigat falsa;  
 & dissidentes sententias aut conciliet, aut redarguat. Quæ Philoso-  
 phiæ illustrandæ ratio quo studio, & quanta cum felicitate à Porphy-  
 rio tractata fuerit, ex sequentibus etiam clarius cognoscetur. Aliam de-  
 inde notam Plato posuit, ut Philosophus natura sit temperans, atque  
 ea animi parte, quæ affectionum perturbationibus commovetur, re-  
 missa & bene composita; ne inferiores facultates intellectum in su-  
 premæ veritatis inquisitione præpediant. Qui suapte natura, dum ter-  
 renæ huic, & corporeæ moli immerfus est, ad divinam illam & bea-  
 tam lucem caliget. Cumque bruta sive irrationalis pars animæ, dua-  
 bus constet facultatibus; quarum altera illa effervescit; altera ventris



partiumque ventri adhaerentium ingluvie atque libidine distenditur: posteriorem illam Porphyrius sicco & sobrio vivendi genere, ex Pythagoreorum præceptis instituto, ita compressit, ne à seriis cogitationibus animum avocaret, aut rationis fræna excuteret. Iram vero & biliosi animi furorem non tam facile compescuit. Sive quod minus isthic curæ adhiberet: sive potius *ira mentis sanitatem vicerit*, quod Medea apud Tragicum sibi usu venisse affirmat; quodque in bilioto corporis temperamento sæpius accidere solet. Porphyrio enim non solum sublime ac validum ingenium fuisse, sed & vehemens atque aliquo furore admixtum, ex eis apparet, quæ de violenta animi eductione ex corpore in Plotini vita de se se prodidit. Quales ferme omnes eos videmus quorum præcordiis Saturnus multum atræ bilis affudit. Quæ acrius ebullit, si præter siccum & deparcum vitæ genus lucubrationes etiam ac longiores vigiliæ cum continua contemplatione accedant. Neque aliam ego causam fuisse dixerim rabidi illius odii, quo adversus Christianam religionem præ cæteris furebat: quam quod animus atræ bilis fermento turgens, & nimia eruditionis copia inflatus, semet ipsum non caperet. Ita & hujus exemplo patuit, mundi sapientiam insipientiam esse apud Deum; & incarnatæ sapientiæ humilitatem Græcorum fastui stultitiæ opinione displicuisse. Quapropter minus mirandum, si Porphyrius in tanto sapientiæ amore, quam non postremam Philosophi notam Plato constituit, atque in tam anxia rerum per investigatione, nihilominus in cogitationibus suis evanuerit: nec scopum potuerit attingere, qui ab ipsa janua aberrarat. Nec possum quin præstantissimorum ingeniorum sortem miserer, quæ in ea tempora inciderunt, cum religio Christiana novam & insuetam mortalium animis lucem extolleret: Numenii, inquam, Plotini, Porphyrii, Amelii, Hieroclis & similium. Qui cum divinæ veritatis gustum ex sacris literis, & nascentis Ecclesiæ doctoribus, aut præceptorum Christianorum orè percepissent, purissimos veritatis rivulos in Pythagoræ ac Platonis derivarunt lacunas: & igniculos divinæ lucis mendaciorum fumo ac tenebris obscurarunt. Quid enim non præstitissent in solidæ veritatis defensione, qui tenues aliquot illius stricturas admirabili ingenii felicitate, atque uberrima dicendi elegantia in tantum excoluerunt, ut doctissimos Christianæ Religionis antistites in sui admirationem pertraxerint? Sed & illud veritatis studium in Porphyrio non leve ostendit: quo cum animum ad philosophiam adjunxisset, non temere, ut fieri solet, ad unam aliquam sectam, velut ad scopu-

lum adhaerit, nec juraverit in cuiusquam magistri verba. Ea enim *περὶ ψυχῆς* animus, tanquam objecto glaucomate, in veritatis peruestigatione plurimum impeditur: ubi semel aliorum opinionibus defendendis velut nexu ac mancupio se obstrinxit. Duos tamen potissimum sibi elegit duces, quorum vestigia premeret, Platonem atque Aristotelem; quos in praecipuis doctrinae capitibus inter se consentire prolixo opere probandum suscepit: de quo plura suo loco dicentur. Cautotamen pede eosdem secutus est: ut libere ab illorum sententia melioribus perspectis discederet. Quo nomine D. Augustinus eum laudat, libro X. de Civit. Dei, cap. 30. & 31. Quod reprobata Platonis opinione, de circuitu animae per orbem necessitatis, sanioerem esset amplexus. *Ecce, inquit, Platonius in melius à Platone dissentit. Ecce vidit hic, quod ille non vidit: nec post talem ac tantum magistrum refugit correctionem; sed homini prapofuit veritatem.* Nec majori religione Aristoteli se addixit: cuius sententiam de animi natura integro libro Porphyrium refutasse postea ostendemus. Atque hoc liberrimum philosophandi genus maxime probavit, quod paulo ante ab Ammonio in Alexandrinam scholam fuerat introductum. Nam posteriores Academici variis sectarum atque opinionum dissidiis divisi, dum in suam quique partem Platonis verba trahere studebant, magna expositionum diversitate in subtiles & difficiles nugas philosophiam diduxerunt: & ut suas singuli sententias vel deliria potius fucarent, varia, teste Eusebio, lib. III. de præp. excogitarunt *καλλωπίσματα καὶ σοφίσματα μηδὲ ὄναρ τῶν παλαιῶν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθόντα.* *Pigmenta & sophismata, quae antiquis, ne per somnium quidem in mentem venerant.* Accedebant etiam controversiæ adversus Aristotelem velut pro aris & focis susceptæ, quæ magna utrinque animorum contentione, sed exigua veritatis cura agitabantur. Unde philosophandi genus exortum fuit perpetuis allegoriis, & monstrosis verborum ac sententiarum chimeris perplexum ac confusum. Donec tandem Ammonii Alexandrini sapientia orbi illuxit: qui veterum Philosophorum opinionibus perpurgatis, nugisque resectis, quæ utrinque lolii instar succreverant, puram & nativam philosophiæ speciem restituit, ostenditque, teste Hierocle, duos illos principes philosophorum *ἐν τοῖς ἑπικαίροις τε καὶ αἰαγκασταῖσι τῶν δογμάτων* minime inter se dissidere. Hanc perpurgatam philosophiam ex Ammonii ore hauserunt Herennius, Origenes, & Plotinus: quos deinde Porphyrius, Iamblichus & Hierocles, cateri-

que τῶν ἱεροῦ ἡμεῶν Philosophi exceperunt. Cumque eandem philosophandi rationem ex Jamblichō perceptam Plutarchus Atheniensis in patriam retulisset, restauratæ ibidem Platonis Academiæ continua serie deinde præfuerunt homines Asiatici, Syriani, Proclus, Marinus, Isidorus, Damascius, qui non contenti luxuriantis ingenii argutiis, magnam veterum opinionum farraginem suis commentis iterum admiscuerunt: & dum crescentis longe lateque eo tempore Christianismi æmulatione Platoniam Theologiam phaleris nimium ornare studerent, veritatem paulo ante Ammonii opera in lucem retractam, *πυλολογία καὶ ἀλλοτριῶν δοξασμάτων ἰσορροπία* rursus obruerunt. Atque hæc commemoravi, ut ostenderem, ex quibus fontibus pleraque Porphyrii dogmata promanarint: ea præsertim quæ de corporis & sensuum fuga, de cura animi, mentisque cultu & elevatione in Deum præclare scripsit, & quo in pretio sint habenda: cum aquæ eo solent esse puriores, quanto propius à sua origine absunt. Hinc enim ni fallor, perspicitur, qui factum fuerit, quod in posteriorum Platoniorum scriptis, præsertim Plotini, Jamblichi & Procli, tam multa passim reperiantur, quæ non ex obviis & communibus quibusdam religionis nostræ dogmatibus, sed ex intimis & reconditissimis mysticæ Theologiæ penetralibus videntur deprompta: neque ea obiter tantum strictimque verbis abumbrata, sed proprio & efficacissimo orationis genere adeo luculenter ab iis expressa, ut magnis ingenis, non leuem dubitandi materiem præbuerint: alios in eum impluerint errorem, ut quæ apud vetustissimos Ecclesiæ scriptores divina prorsus in hoc genere extant, ea inverso ordine à Platonis, quos dixi, mutuata, & velut Ægyptiorum spolia in pios usus conversa assererent: atque isto etiam argumento præclarissimorum operum fidem autoritatemque convellere aggrederentur. Cum certum sit Ammonium religionis nostræ arcana discipulis sub silentii religione communicasse. De quibus non divulgandis Herennium, Origenem, & Plotinum fidem sibi invicem obstrinxisse ipse Porphyrius testatur. Cumque Herennius primus eam fregisset, nec Origenes nec Plotinus promissis steterunt: sed qua scriptis, qua viva voce in publicum ea protulerunt, quæ ab Ammonio Philosopho Christiano acceperant. Neque enim alia de causa Ammonium *θεοδιδάκτῃ* cognomine ab iis celebratum existimo, ut Hierocles apud Photium testatur; quæ n quod diviniore scientiæ arcana, ante id tempus Philosophorum scholis inusitata nec audita, discipulis tradidisset. Unde & Plotini animum prima auscultatione adeo cepit, ut  
cum

cum ex cæterorum philosophorum scholis mœstus excessisset, audito Ammonio statim amicis dixerit: τὸν ἐζήτην, hunc ipsum querebam. Quamvis Porphyrius certo quodam & præcipiti religionis Christianæ odio Ammonium ex Christiano gentilem factum manifesta calumnia affirmavit; quam Eusebius iis temporibus proximus abunde refutat, lib. VI. histor. Eccles. c. XIX. ut non parum hac parte eam boni Philosophi notam in Porphyrio desiderem, quæ sapientiæ studiosos æquos & veraces, minimeque maledicos esse voluit. Nec in Origenem præceptorem æquiori animo fuit, quem ab ethnicismo ad Christianorum sacra transiisse non minus impudenter calumniabatur: cujus etiam studium sacrarum literarum interpretationi impensum, tanquam fabulosum malevole traducebat. Eidemque calumniæ Eusebius dicto loco respondet. Sed utinam hoc sine effrænis linguæ audacia stetisset, neque adversus Christum ipsum atque universam ejus sese exeruisset Ecclesiam: de quo capite ultimo uberius differemus.

Nunc cum oratio huc devenerit, de præceptoribus ejus agendum: præcedentes enim ἁφύια tum demum perfectum reddunt Philosophum, si magistros bonos, rectamque institutionem nactæ fuerint. Porphyrius ergo, cum prima literarum ac sapientiæ fundamenta percepisset, puer ferme adhuc Origenis fama excitus, Alexandriam ad doctrinam ejus percipiendam profectus fuit; quod ex Eusebio & Vincentio Lirinense Porphyrii autoritate superius ostendi: nihil enim eo tempore Origene celebrius, ad quem ingens auditorum turba confluebat: nec solum Christiani, teste Eusebio, sed infiniti etiam hæretici, & non pauci clarissimi philosophi eidem sese in disciplinam dedere: quos cum sacræ, tum profanæ philosophiæ dogmatibus imbuebat. Quantum vero temporis Porphyrius eidem adhæserit, affirmare non licet. Hoc solum dixerò, illum ex Origenis ore Platonis explicationem percepisse: quod non obscure ex Procli verbis lib. 1. in Timæum pag. 20. colligitur: Ἀπρὸς τὴν ὑπὸ λογίων καὶ ἀειγύριος ὁ τίπθ. Ὡς, φησὶν ὁ Πορφύριος, τριῶν ὅλων ἡμερῶν ἀφελέσαι τὸν ἀειγύριον, βοῶντα καὶ ἐρυσσεῶντα, καὶ ἰδρῶτι πολλῷ κατεχόμενον, μεγάλῃ εἶναι λέγοντα τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὴν διπορίαν, καὶ δεικνύοντα φιλοτιμώμενον, ὅτι πρὸς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἀρκῶσαι ἢ παρ' Ὀμήρῳ μίμησις. Dubitant, inquit, de hoc loco Longinus & Origenes: adeo etiam ut Porphyrius affirmet, Origenem triiduum integrum in eo hæsisse, & clamantem ac rubore suffusum multum sudasse, quod magnum dubitandi argumentum esse diceret, atque ostendere conaretur, Homeri

*imitationem ad recte agendum sufficere.* Tum etiam quæ p. 47. ejusdem libri, de Archangelis eorumque ordine ex Porphyrio adducuntur, manifeste præceptoris Christiani dogmata sapiunt: propriam vero Origenis hæresin, quæ ibidem sequuntur de animarum lapsu in corpora, post excitatam in cœlo pugnam: & de dæmonibus qui animas venantur, atque in corpora detrudunt. Unde etiam Proclus hoc philosophandi genus ab Jamblichio reprehensum fuisse ait, quod Plato nusquam Archangelorum meminerit: additque ἡ δὲ φιλοσοφία ὁ τρόπος ἔστι τῆς Ἰουδαίας, ἀλλὰ βάρβαρῆς ἀλαζονείας μεσῆς. Quibus verbis quid innuat non ignorant, qui D. Joannem Theologum ab Amelio Barbarum appellatum fuisse meminerunt: quique ipsum Porphyrium Christianæ vitæ institutum βάρβαρον τίλημα vocasse ex Eusebio, loco paulo ante citato, observarunt. Habuit etiam præceptorem Dionysium Longinum Cassium, à quo in Grammaticis, Rhetoricis & Philosophia eruditus fuit: è cujus ludo deinde Romam ad Plotinum audiendum discessit. Dubito tamen, utrum Longino prius, an Origeni operam dederit: cum Eunapius illud innuere videatur; dum Porphyrius τὴν πρώτην παιδείαν, sive primæ doctrinæ fundamenta à Longino hausisse affirmat: sine quibus subtiliores Origenis disputationes percipere non potuisset. Longini ingenium accuratum, limatum judicium atque eruditionis copiam satis ostendit libellus de sublimi genere orationis, tum quædam ἀείδοις περὶ μέτρων, quæ ex Vaticana Bibliotheca deprompta mihi ostendit Leo Alatius, vir apprime eruditus: & Porphyrius in Plotini vitam eum κερκαστατον, ἐλλογιμώτατον καὶ ἐλεγκτικώτατον appellat. Eunapii enim elogium illud elegantissimum, quo virum βιβλιοθήκην πνὰ ἔμψυχον καὶ πῶσιπτον μασεῖον appellat, omnium ore tritum est. Quo loco & hoc addit, publico omnium doctorum suffragio censuram, & judicandi auctoritatem de omnibus, qua antiquis, qua sui seculi scriptoribus Longino decretam concessamque fuisse. Ex disertissimo magistro, dicendi potissimum virtutes hausit Porphyrius: quarum præcipuas in ejus vita Eunapius commendat, τὴν σαφειάν, τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν χάριν de quibus perspicuitatem quidem his verbis prædicat: Τῶν ἢ φιλοσόφων τὰ δαπόρηται κλεπιδίωντων ἀσαφία, καθάπερ τῶ ποιητῶν τοῖς μυθοῖς, ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆ σαφειᾶς ἐπαμνήσας, καὶ διὰ πείρας γένουσι μὲν τὸ πνῆμα γράψας εἰς φῶς ἤγαγεν. Cum Philosophi, inquit, arcana sua obscuritate obtegerent, ut Poëta fabulis: Porphyrius probatum perspicuitatis remedium, cujus gustum ipsa experientia percepit, scriptis commentariis in lucem protulit. Atque hoc dilucido orationis genere, quod omnis elegantioris

gantioris doctrinæ condimentis temperarat, non solum propria scripta illustravit; sed aliorum quoque præstantium virorum operibus lucem à suo ingenio accendit: quod commentaria & introductiones in Platonem, Aristotelem, Ptolemæum, aliosq; testantur; maxime autem omnium in Plotinum: qui conciso & confragoso dicendi genere sublimes animi cogitationes adeo involvit, ut pleraque ipsius scripta ænigmata, aut oracula videantur: ut Eunapius non injuria cum τῶ λοξῶ καὶ αἰνιγματῶδες τῶ λόγων βαρυὸ καὶ δυσήκοον pronunciat: & Porphyrius ipse, αὐτομὸν καὶ πλύνον, βραχυῶτε, καὶ νοήμασι πλεονάζοντα μᾶλλον ἢ λέξεσι. De orationis puritate non minus elegans locus apud Eunapium sequitur: Ὁ ἢ Πορφύριος ὡς περ Ἑρμῆϊκή τις σιγή καὶ πρὸς αἰθρῶνας Ἰωνδ' ἔσται, διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὐγλωσσὸν καὶ καθαρόν ἐξηγήσεται. *Porphyrius velut Mercurialis quedam catena ad homines demissa, multiplicis eruditionis beneficio, omnia dilucide clareque explicabat.* Venustate etiam ac dicendi elegantia Porphyrium omnibus sui seculi Philosophis præfert: ac nominatim quidem summis viris Origeni, Amelio & Aquilino: in quorum oratione scriptisque τὸ αἰκύνθηρον, sive venustatis neglectum, damnabat Porphyrius, licet dogmata & ingenii δεινότητά ἰμprimis probaret: πᾶσαν μὲν αὐτὸς αἰατῶν χάριν, μόνῳ ἢ αἰαδεικνύς καὶ αἰακηρύττων τὸν διδάσκαλον, ut ait Eunapius: *Cum ipse omnibus Græcis ac Venere litasset, atque ea laude præceptorem suum referret. Easdem virtutes Porphyrianae orationis in Jamblichi quoque vita recenseret, quibus solis discipulum præceptori inferiorem fuisse affirmat: Οὐκ ἔστιν ὃ, πὶ καὶ Πορφύριω δὴνεγκεν, πᾶσι ὅσον καὶ τῷ σωθῆκεν καὶ δυνάμει τῶ λόγου. ἔτε γὰρ εἰς αἰφροδίτῳ αὐτῷ καὶ χάριν τῶ λεγόμενα βιβλίου, ἔτι ἔχει λυκόπητα πύλα, καὶ τῷ καθαρῷ καλλωπιζέται.* *Nec Porphyrio, inquit, ulla in re fuit inferior, præterquam orationis structura, & dicendi facultate. Neque enim pari Venere & gratia orationem tinxit, nec candorem habet, nec puritate scripta sua exornavit.* Verum ut elegantioris doctrinæ copia ac dicendi virtute proxime Longini vestigia premebat Porphyrius, ita in philosophando multum ab ejus placitis, & nonnunquam in contrarium abiit. Quod potior apud ipsum esset recta ratio & veritas, quam autoritas magistrorum: quorum verbis vulgus philosophantium, ut paulo ante dixi, adeo religiose adherere solet, ut, quod de Stoicis dixit Galenus, patriam quam præceptorum dogma prodere malint: cum ingenui sit animi, non solum alienam, sed & propriam potius sententiam prodere, quam veritatem: Unde & ipse Porphyrius in Plotini vita Longini verba adducit, quibus desertæ ac mutatæ rationi:

tionis philosophandi accusatur. *Quin & communis, inquit Longinus, nostri illorumque amicus Basilus Tyrius non pauca ad Plotini imitationem emittavit: & ipsum potius quam viam rationemque nostram probans, libro quodam conatus est ostendere, Plotini sententiam de Ideis veriore esse nostra: quam opposito contra responso sic satis superque refutasse videmur, atque ostendisse, eum male priorem sententiam recantasse.* Sane Longinum Philologum magis quam Philosophum fuisse, ut Porphyrio teste Plotinus de eo pronuntiavit, satis ostendunt ea quæ Proclus non uno loco suis in Timæum commentariis inseruit. Ubi illum verborum sensui enucleando nimium inhærere affirmat. καὶ τὴν λέξιν θεωρεῖν, ut ait lib. 1. p. 21. atque in primis pag. 27. ubi & Plotini de eo iudicium addit. λογῆν μὲν ἐν τέτοις ὁμισημαίνεταί παλιν, ὅτι φροντίζου καὶ ὀνομάτων ὄρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτὰ, &c. ἔτι μὲν ἐν φιλόλογῳ, ὡς περ Πλωτῖνον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν λέγεται, καὶ ἐν φιλόσοφῳ. Longinus, inquit, rursus hoc loco notat, Platonem orationis elegantia & varietati studere, cum unam atque eandem rem diversis modis efferat, &c. atque ille, quos Plotinus de eo dixisse fertur, Philologus est, non Philosophus. Alia similia omitto, quæ passim apud eundem philosophum occurrunt. Deinde cum ad Plotinum sese applicasset Porphyrius, tantum ejus conversatione profecit, ut διδασκαλίᾳ princeps brevi tempore haberetur: Ἀκορῆως τῆς παιδείας ἐμφορέμῳ, καὶ τῶν πηγαίων ἐκείνων καὶ τεθειασμένων λόγων, ut ait Eunapius: *Avidissimo rectore ex Plotini ore, tanquam largissimo fonte, doctrine copiam ac divinam plane scientiam hauriens.* Hinc adeo apud eum gratia & autoritate valuit, ut soli discipulorum scribendi & respondendi partes committeret. Neque id solum, sed & divinos ingenii sui fœtus eidem relinqueret expoliendos ac publicandos. Taceo quod Româ in Siciliam ipsum securus fuerit, ut animi morbo laborantem sua præsentia solaretur: aliaque non exigui amoris atque affectus argumenta, quæ ex Plotini vita ab ipso Porphyrio conscripta, & Eunapio colligere quivis poterit. Suidas nescio cujus autoritate Porphyrium Amelii discipulum vocat: Πορφύριον, inquit, ὁ ἐκ Χερσιωνῶν γράψας, ὃς κυρίως ἐκαλεῖτο βασιλεύς, τύριον φιλόσοφον, μαθητὴς Ἀμελίου & Πλωτῖνος μαθητῆς. διδασκαλὸν δὲ Ἰαμβλίχου. Porphyrius qui contra Christianos scripsit, cui proprie nomen Basilus, Tyrius Philosophus, discipulus Amelii, discipuli Plotini, præceptor Jamblichi, &c. & alio loco Ἀμελίον, Ἀπαμῶν φιλόσοφον, μαθητὴς Πλωτῖνος, διδασκαλὸν Πορφύριον, συγχρονίστας Ἀμμωνίῳ καὶ Ὠριγῆν. Amelius, Arameensis Philosophus, discipulus Plotini, præceptor Porphyrii, coætaneus Ammonii & Orige-

*no.* Mirum quam supinus hominis error, quem nec Porphyrium nec Eunapium unquam inspexisse jures: cum in Plotini vita disertim scriptum reliquerit, se Amelium Romæ condiscipulum habuisse sexennium integrum. Accesserat enim Amelius Plotinum tertio anno Philippi. qui fuit salutis nostræ CCXLVI. vixitque cum eo ad primum annum Claudii, qui fuit Christi CCLXX, XXIV. annos solidos, ut testatur Porphyrius. At ipse scholam Plotini ingressus est anno X. Galieni, qui fuit à Christo nato CCLXIV. unde ad prædictum annum I. Claudii sexennium est integrum. Quo ipso anno uterque relicto Plotino, Amelius quidem Apameam, Porphyrius autem in Siciliam discesserunt: ubi triennio post vixere, cum Plotinus in Campania e vivis excederet. Nec puto Porphyrium expleto jam XXXVIII. ætatis anno Amelio in disciplinam se tradidisse, quem jam Romæ doctrinæ & sapientiæ laude superabat: adeo quidem ut Amelius sua scripta cum venia ab eo legi petat atque emendari. Sed non est quod in re manifestissima prolixius ostendenda laboremus: monendum tamen, non minus errasse Suidam, dum Amelium Syrum Apamensem nobis facit ex Italo, Hetrusco, Amerino: nam & hoc clare à Porphyrio in Plotini vita perscriptum. Ἐχε ἡ ἀκροατὰς μὲν πλείους Ἀμελίον τε δὲ τὸ Τυρκίας, ἔ τὸ ὄνομα ἰὼ Γεντιλιανὸς τὸ κύριον, αὐτὸς ἡ δὲ ἑρ' Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἤξει. δὲ τὸ Ἄμερίας ἢ (puto rectius ἔ) τὸ ἀμελείας πρὸς αὐτὸ καλεῖσθαι λέγων. *Auditores quidem multos habuit, ac inter ceteros Amelium ex Tuscia: cui proprium nomen erat Gentilianus, ac ipse Amerius per literam r nominari volebat, quod sibi nomen ab America potius, quam ab Amelia sive negligentia inditum esse diceret.* Sed facilis hac in re lapsus, cum Apameæ ut plurimum vixerit Amelius atque docuerit: & Justinum Hefychium Apamensem, filium adoptivum reliquerit. Verum nec id latis recte affirmat Suidas, coætaneum fuisse Ammonio & Origeni Amelium: cum ætas ejus in extremam utriusque senectutem incidit: Nam Plotinus ætatis suæ anno XXIX. Ammonium Alexandriæ audire cœpit, qui XL. demum ætatis anno Romam venit, ubi triennio post Amelium habuit discipulum: & Origenes ultima senectute obiit, cum Amelius Romæ IX. circiter annum Plotinum audiret. Sed contrarium errorem errant, qui Amelium Porphyrii discipulum fuisse credunt: atque ea in re interpretem potius Theodoretum, quam Theodoretum ipsum autorem habeant: qui verba ejus serm. 2. Therapeut. δηλεῖ ἡ τῆσ σαφῶς ὁ Ἀμελίος, τῆσ Πορφυρίας πρωτεύουσας διατριβῆσ, sic vertit: quod Amelius, qui Porphyrii scholis præfuit, manifeste ostendit. Quæ meo judicio



sic reddi debebant: *Amelius qui in Porphyrii contubernio princeps fuit: vel, Amelius precipuus Porphyrii contubernalis.* Cæteros quoque condiscipulos in Plotini vita commemorat, Paulinum Scythopolitam; Eustochium Alexandrinum medicos, Zothicum & Zethum, & Castricium Firmum, cujus causa libros de abstinentia ab esu animantium scripsit: item Marcelum Orontium & Sabinillum atque Rogatianum Senatores Romanos: & Serapionem Alexandrinum rhetorem, postea etiam philosophum. Discipulos quoque nec pauciores nec obscuriores habuit: ex quibus maxime inclaruit Jamblichus Chalcidensis Syrus, cujus vitam Eunapius scripsit: & mihi brevi uberius de illo agendum erit, cum omnia ejus scripta simul in lucem producam. Jamblichus & fama & eruditione proximus fuit Theodorus Asinensis, cujus crebro meminit Proclus in Timæum: qui cum Ἰωναῖον, hoc est, virum egregium, & magnum, sæpius autem Ἰωμάσον, sive admirandum veluti peculiari cognomine appellat. Porphyrii discipulum fuisse ex Damascio didici: qui in Isidori vita de admirando ejus profectu sic scribit: *ὃ δὲ Ἰπποδρόμου παδίας, ὃ δὲ ἰὼ αὐξάνου & πηχίου ὡς πρὸς Θεόδωρον ὁ Ἀσιναῖος ἠυξήθη ὑπὸ τῷ Πορφυρίῳ.* *Neque facile erat crescere, & ad cubitos proficere: quemadmodum Theodorus Asinensis sub Porphyrio profecit.* De Chrysaorio, Nemertio & Gedalio nihil affirmare possum, nisi quod librorum inscriptiones eos de Porphyrii contubernio fuisse ostendunt. Chrysaorium vero operam illi dedisse Ammonius quoque testatur, cujus verba inferius producam: ex quibus & illud apparet Porphyrium fuisse *κοινωνικὸν ἔργον πρὸς τὴν παιδείαν Ἰπποκράτους*: quem characterem vero in philosopho Themistius quoque requirit: Nam quod studia sua discentium ingeniis tam facile & tam apte adtemperavit, id vero ostendit, cum longissime ab omni mala invidia abfuisse.

## CAP. VII.

*Porphyrii scripta Grammatica, Philologica, Rhetorica, Dialectica, & Mathematica. Liber de Profodia, & commentaria harmonica auctoritate indicantur: atque, ut quidam volunt, scholia Homerica.*

**A**Tque hæc ferme sunt, quæ de vita Porphyrii certa ac comperta ex antiquitatis tenebris producere potui. Nunc scripta ejus ordine in omni doctrinarum genere recensebo, quantum quidem hæcenus mihi

mihî observare & colligere licuit. Nam, ut Suidas refert, scripsit libros quamplurimos de Philosophia, Rhetorica ac Grammatica. Idem Eupapius in ejus vita testatur, qui eum nullum disciplinæ genus intactum reliquisse ait. Adeo ut dubium sit quam partem diligentius excoluerit: ἕτα παντομίγες πῶς ἀπασιν δρετῶν ὁ αἰὴρ αὐτὸς χεῖμα γέγονε. Adeo, inquit, omni virtutum genere promiscue excellebat. In Grammaticis paucissima ejus scripta ex plurimis nobis supersunt. Ex quibus ad Grammaticam τεχνικῶν sive ὀργανικῶν spectat liber περὶ Προσῳδίας, de Prosodia, qui sub ejus nomine extat in Vaticana bibl. cod. CCXL, elegantissima, sed recenti manu scriptus. Cujus principium adscribam, ut scopum atque institutum auctoris eo facilius lector perspiciat.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΩΔΙΑΣ.

Ἰστέον ὅτι ὡς ὁ Θεοφίλιος Διονύσιος, ὁ πρὸ τῶν ἑκτῶν μερῶν ἔργον διδάξας ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τῶν τῶν πρὸ τῶν ποιητικῶν, καὶ συλλαβῆς, καὶ λέξεως, οὐκ ἔδοξε τῆ προσῳδίας ἡρξάτο, ἀλλ' ἔδοξε τῆ γραμματικῆς. τὰ ἢ πρὸ προσῳδίας ἕτερός τις τῶν μεταγενέστερος διὰ τοῦ ἀρτι τῆς γραμματικῆς δεξιότητος ἀναγκαίως ἐδίδαξε. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς μὴ ἔδοξε τῆς Διονυσίου τεχνολογίας τῆς ἐξηγήσεως ἀρξάσθαι, ἀλλ' ἔδοξε τῆς προσῳδίας, καὶ πρῶτον μὲν ἐκ δεξιότητος τὸν ὅρον τῆς προσῳδίας διασαφῆσαι τῶν, εἶτα καὶ πρὸ πάντων εἰπεῖν εἰς ἃ διαίρειται, τῶν τε καὶ χρόνων, καὶ πινδύματων, εἶτι ἢ καὶ παθῶν μὲν ταῦτα ἢ πρὸ τέχνης καὶ τῆς ἐξῆς ὄλων.

Verum & genuinum esse Porphyrii fœtum equidem credo, cum omnium ferme artium atque scientiarum εἰσαγωγὰς tradiderit, ut ex sequentibus apparebit: quod & hoc libello præstare voluit, cum ea προσοιδάγματα ordine pertractet, quæ ab antiquioribus grammaticis neglecta videbat, veluti prima τῆς ποιητικῆς κατηχήσεως rudimenta. Nec quidquam continet indignum tanti viri ingenio; nisi quis interpolatum à sequiorum temporum Grammaticis forte suscipitur, ex eo, quod pleraque capita ab illis eclogariorum verbis, ἰστέον ὅτι, incipiant. Nec enim facile adduci potero ut credam, ea à Porphyrii manu esse. Sed de his rectius quisque judicabit, ubi vel nostra, vel alterius opera ipse tandem liber in lucem proferetur. Pertinent huc Γραμματικῆς Δοξολογίας. *Dubia Grammatica.* Quæ inter alia Suidas solo nomine commemorat: nec alibi hætenus citata vidi. Ad Grammaticam ἐξηγητικῶν referri debent:

Ὅμηρικὰ Ζητήματα λβ'. πρὸς Ἀνατόλιον

*Homericæ quæstiones XXXII. ad Anatolium.*

Is Libellus Homero in melioribus editionibus adjungi solet. Quo probare conatur, ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτῶν τὰ πολλὰ Ὅμηρον ἐξηγεῖται. *Homero semetipsum ut plurimum explicare* : ut in principio libri affirmat. Atque hæc præludia quædam esse voluit justici commentarii in principem poetarum, vel ut ipsius verbis utar, οἷον προσγύμνασμα τῷ εἰς Ὅμηρον ἀγάντων. Quem & postea absolvit. Citatur enim ab Eustathio Homeri interprete ad Iliad. β'. pag. 285.

Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον.

*Porphyrus in Commentariis in Homerum.*

Cujus autoritate etiam alibi utitur : ut videre est Iliad. α', pag. 33. & 62. Iliad. β'. p. 196. & 225. tum ad catalogum navium pag. 263 aliisque plurimis locis, quos recensere longum esset. Laudat etiam Macrobius lib. 1. somn. Scip. cap. 3. verba ejus hæc sunt : *Si quis forte querere velit, cur porta ex ebore falsis, & è cornu veris sit deputata ; instruetur autore Porphyrio, qui in Commentariis suis hæc in eundem locum dicit ab Homero sub eadem divisione descriptum* : Latet, inquit, omne verum, hoc tamen anima, cum ab officiis corporis somno ejus paululum libera est, interdum adspicit nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit : & cum adspicit, tamen non libero & directo lumine videt, sed interjecto velamine, quod nexu natura caligantis obducit. Ex hisce commentariis puto & illa desumpta fuisse, quæ Etymologus voce κνίωσα adducit. Et Græcum Scholiasten Homeri, qui in Vaticana Bibliotheca primo loco extat, sæpius Porphyrii autoritate usum observavi. Tum & illud hoc loco monendum, extare Florentiæ apud Ducem Salviatum Scholia antiqua in Poëtam, ἀδικοῦσα, & multis in locis vetustate exesa ; quæ nonnulli Porphyrio, alii etiam antiquioribus autoribus tribuunt. Ego ut Porphyrii non esse certo credo, ita de autoris ætate nihil temere pronuncio. Gustum præbebit eruditus principium operis, quod eruditissimus antiquitatis peruestigator Joannes Bapt. Donius mecum communicavit.

Μῦθον ἀεὶ δεῖα ] Ζητῶσι Διὰ τί διπλὴ τῆς μῦθου ἡρξασθαι εἶται  
 δυσφῆμις ὀνόματι ; Διὰ δύο ταῦτα. πρῶτον μὲν, ἵν' ἐκ τῆς παλαιᾶς δοξα-  
 καταρέυση τῷ τοῖστον μόρον τῆς μάχης, καὶ προσεκτικωτίρας οὖν ἀκρο-  
 τὰς Ἰππὶ τῆς μεγέθους ποιήσῃ, καὶ προσεδίτη φέρειν γυναιῶς ἡμᾶς τὰ παλαιὰ  
 μέλλον

μέλλων πλέμης ἀπαγγέλλειν· δεύτερον ἧ, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῷ Ἑλλείων  
 πημανώτεροι πιήτη. ἐπεὶ ἧ ἐκελλε νικῶντας δόποφαί εν οὖν Ἑλλέως, εἰκό-  
 τως ἔ καὶ τρέχει ἀξιοπιστώτερον ἐκ ἧ μὴ πάντα χαρίζεσθαι τοῖς ἐκείνων  
 ἐπαίνοις. ἤρξατο μὲν δὲ μιλίῳ, ἐπίπερ αὐτῇ τοῖς τρακίκοις  
 ὑπόθεσις γέγονεν. ἀλλῶς τε καὶ τραγωδίαις τραγικὸν ἐξεδρε προοίμιον. καὶ  
 γὰρ προσεκλικὸς ἡμᾶς ἧ τῷ ἀημάτων διήγησις ἤρξατο. καὶ ὡς ἰατρὸς ἀει-  
 σῶ πρῶτον αἰαστέλλων τὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς, ἕτερον πλὴν ἴασιν ἐπάγειν.  
 Ἑλλεικὸν ἧ τὸ πρὸ τέλει τὰς ἡδονὰς ἐπάγειν. ἴσῃον ἧ ὡσπερ ἴσῃ σικῆς  
 πρῶτον μὲν φύλλα, ὀλιωθῶ, εἶτα φύλης σῶκον ἰχάς. ἔτω πρῶτον ὄρη,  
 θυμὸς, χόλῳ, κότῳ, μιλῶις, ὅμως ὁ ποιητῆς ὡς σωννύμοις ἰνόμασιν  
 ἴσῃ ἀχιλλεῖ ἰχῆται. Ἡὲ χόλοι παύσειεν, ἐρητύσειε τε θυμόν. Οὐδὲ  
 ἴσῃ κοπέοντῳ. Αὐτὰρ ὁ μιλῶιε νηυσὶ παρήμῳ. Μιλῶις ἧ δὲ μιλῶ  
 μιλῶις, ὡς ἐνὸς λέις. οἱ ἧ πῆ Γλαύκωνα τῷ Ταρσία ἤξιεν ὀξυῖεν τὸ ἴνομα,  
 οἷα ὄρθως.

Deinde ad versum 3. πολλὰς ἧ πῶσον. ἰφθίμης ἧ πῶσον. ψυχὰς ἧ  
 εἰσία. αἰδῶ ἧ τῶπν. προσέειπεν ἧ χρόνον.

Postea ad versum 5. Διὸς βελῆ ἧ λέγειν ὁ ποιητῆς πλὴν ἐπαγγ-  
 γελῶ πλὴν πρὸς θετίδα. Ζεὺς μὲν ἄρα τρώεσσι καὶ ἔκτρα βέλετο νίκην.

Ἐυκλείδης ἧ φησιν, ὅτι ἔχ ὡς ἐπίμῳον τῶις πρώτοις τῶτο εἶρη, ἀλλ'  
 ὡς κεχωρισμῶον, καὶ καθ' ἑαυτὸ λεγόμενον, ἧ ἧ ἧ Διὸς ἐτελείατο βελῆ. τῶ οὖν  
 ἠδίκηκόας ἀξίαν δῆ, αἰ δίκην, ὡν ἠδίκησεν, ὅπερ ἐστὶ τῶ τῆ Ἰλιάδι. Plura  
 adscribere piget. Facile enim ex hoc ungue leonem agnoscent, qui-  
 bus aliquid in hoc studiorum genere iudicii est. Id certo affirmare pos-  
 sum, esse συλλογῶν ex variis antiquis expositionibus collectam: cum  
 unus idemque locus paucis mutatis subinde repetatur, aut diversæ eo-  
 rundem verborum afferantur explicationes, præmissa voce, ἀλλῶς, quæ  
 propria nota est collectaneorum.

Cæterum Porphyrius alia diversa in eundem Poëtam scripsit,  
 quorum nonnulla ad Philosophica rejeci. Ad Grammaticam spectat li-  
 bellus, quem nunc græcolatinum exhibeo:

περὶ τῶ ἐν Ὀδυσσεΐα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν.

De antro Nympharum apud Homerum, *Odyssæe* lib. 13.

Qui licet varia naturalis & symbolica gentilium Theologiae arcana  
 complectatur, recte tamen à me hoc loco ponitur, quod tota illa anti-  
 quorum fabulosa de Diis rebusque divinis doctrina, καὶ τὰ ποιητικῶς  
 θεολογῶμεθα ad latissimam Grammaticæ partem spectent, quæ in auto-  
 rum explicatione versatur. Tum Plato ipse totum hoc Theologiae ge-  
 nus una cum suis autoribus damnavit, & à Republica sua proscripsit. Qui

solam illam scientiam tam augusto nomine dignatur, quæ de DEO, rebusque divinis, hoc est, περὶ τῶν ὄντως ὄντων ea ratione modoque tractat, quam lib. 2. de Republica præscripsit: quos typos theologicos Platonicum vocant. De quibus Proclus differt, 2. in Polit. 1. & lib. 1. c. 16. Theol. Platonicæ prolixè & luculenter agit.

Ejusdem quoque generis fuit liber περὶ Στυγός. *De Styge.* Quem Stobæus non uno loco citat: & quod sciam solus. Ea autem quæ capite 1. libri 2. ἐκλογῶν inde adducit, perspicue ostendunt, Porphyrium hoc quoque libro locum aliquem Homericum de Styge, adversus Chronii Pythagorei mentem explicasse: idque partim Physicæ & Theologicæ, partim Historicæ: ut qui loca omnia inspiciat haud dubitet, quin simillimus liber fuerit illi de antro Nympharum. Scripserat autem ni fallor in versibus istos, qui Iliad. ὁ. & Odyss. ε. apud Poëtam extant:

Ἴσων δὲ τὸδε γαῖα κ' ἕρμανός ἄρ' ὑπερθεῖ,  
καὶ τὸ κατειβόωμον Στυγὸς ὕδωρ ὅσπερ μέγιστον  
ὄρεσσιν δεινότατος τε πέλει μακάρεσσιν θεοῖσιν.

Quem Homeri locum Virgilius expressit *Aeneid.* 12.

*Adjuro Stygii caput implacabile fontis:  
Una superstitio superis quæ redditæ Divis.*

Hujus libri fragmentum, quod hæcenus apud Stobæum lib. 1. ἐκλογῶν cap. 8. truncatum legebatur, integrum ex Vaticano codice edidi.

Ejusdem generis cum superioribus fuisse existimo librum à Suida commemoratum,

περὶ τῶν κ' Πίνδαρον τῆ Νείλου πηγῶν.

*De fontibus Nili secundum Pindarum.*

Quo libro explicatum ab eo fuisse existimo illum Pindari locum *Isthmior.* Odâ 6. Epod. 1. καὶ πέραν Νείλοιο παρῶν, καὶ δὲ ὑπερβόρεσσιν. Idemque Suidas recenset

Συμμίκτων ζήτημάτων ζ'.

*Miscellaneous questionum libros 7.*

Quas Proclus in nobilissima illa dissertatione ad 4. librum *Politico.* Platonis, de animæ partibus virtutibusque συμμίκτων περὶ βλημάτων nomine laudat. Οἶδα ὅτι ἔγωγε τὸ Πορφύριον ἐν τῆς συμμίκτων ἰσορροπιῶν περὶ βλήμασι Μηδίας πρὸς Λογγίνον σωφιστῆν τινὰ, περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς. Atque eodem lib. 2. cap. 1. *Comment.* in Euclidem, solo

συμμι-

συμμίκτων, seu *Miscellaneorum* nomine citat. Περὶ μὲν ἐν τῷ γεωμετρικῆς ὕλης ἑσπεύει ἔχειν λέγειν, ὅσα ἀγνοῦντες ὅσα καὶ ὁ Φιλόσοφος Πορφύριος ἐν τοῖς συμμίκτοις γέγραφε, καὶ οἱ πλείστοι τῶν Πλατωνικῶν Διατάσσοντες. *Hæc de materia Geometrica nobis erant dicenda, cum haud ignoremus, quæ Porphyrius Philosophus in miscellaneis conscripsit: Et quæcumque quamplurimi Platoniorum statuunt.* Unde apparet non philologica solum ab eo fuisse pertractata hoc opere, sed & Mathematica, & Philosophica.

φιλολόγῃ ἱστορίας βιβλία εἰ.

*Rerum Philologicarum libri 5.*

Commemorantur à Suida. Et Eusebius lib. 10. cap. 3. προπαρρηστικὸν prolixum Porphyrii locum de furtis autorum adducit ex lib. 1. τῷ φιλολογίας ἀκροάσεως quod haud dubie idem opus est, licet titulus non nihil variet. Pertinent eodem

Ἔως τῷ Θυκυδίδῃ προοίμιον πρὸς Ἀριστίδην, ζ.

*In proœmium Thucydidi ad Aristidem, libri 7.*

Nominati à solo Suida, quod sciam. Hoc opere omnem Græciæ antiquitatem copiosius à Porphyrio pertractatam fuisse arbitror: quam Thucydides egregio illo historiæ suæ exordio strictim percensendo delibat.

In Rhetoricis unicum ejus opusculum commendat idem Suidas, Ἔως τῷ Μινυκιανῷ τέχνῳ. *In Minuciani artem.* Nescio utrum introductionem, an commentarium dicam. Quis Minucianus ille fuerit ex eodem Suida discas. Μινυκιανὸς Νικαγόρου ἑσπεύει, Ἀθηναῖος σοφιστής, γεγονώς Ἰππὶ Γαλιένῳ τέχνῳ ῥητορικῷ, καὶ προγυμνάσματα, καὶ λόγους διαφόρους. *Menucianus Nicagora sophista filius, sophista Atheniensis, sub Galieno Imp. edidit artem rhetoricam, et progymnasmata, ac diversas orationes.* Et extat ejusdem libellus περὶ ἰσχυρημάτων inter reliquos artis Rhetoricæ scriptores ab Aldo ante CXX. annos Venetiis publicatus.

Inter ea scripta quæ ad dialecticam spectant, recte & filio quodam (ut Boethii verbis utar) primus legentibus studiorum prægustator, & quodammodo initiator occurrit liber Porphyrii, qui organo Aristotelico ubique præmittitur, περὶ γένους, καὶ εἶδους, καὶ διαφορᾶς, καὶ ἰδίας, καὶ συμβεβηκότητος. Ita enim Suidas eum commemorat; & Boethius in commentariis suis aliquoties vocat tractatum, sive librum. *De generibus, speciebus, differentiis, propriis et accidentibus.*

Unde

Unde vulgo vocatur *Περὶ τῶν πέντε Φωνῶν*. *De quinque vocibus. Sive de quinque predicabilibus, vel universalibus, ut in scholis loqui malunt.* In Græcis codicibus inscribitur *Ἐισαγωγή πρὸς Χρυσάοριον. Introductio ad Chrysaorium*: Quam inscriptionem Boethius quoque agnoscit, & Ammonius Græcus hujus libelli commentator. Ex cujus *πρετεχνολογικαῖς* locum apponere placuit, quo inscriptionis occasio ac tempus, cujus supra memini, ostenditur, & Porphyrii vita non nihil illustratur: τὸ ἢ γνήσιον δηλοῖ μὲν ἡ Φράσις, *Ἐισαγωγῆς ἕνεκα, καὶ ὅτι ἐν ἄλλοις αὐτῶν βιβλίοις τῶν ἐν ταύτῃ τῷ βιβλίῳ ἰσχυρημάτων μεμνημένων.* ἐπιτὶ καὶ ὅτι προσφωνεῖν αὐτῷ Χρυσάοριον. τῆτι καὶ ἄλλα ἵνα προσφωνήσας βιβλία, καὶ τῆτι προσφωνεῖ, ἀλλὰ τῆτι αἰτίαν. διδάσκαλῶν Χρυσάοριον, καὶ ἐξηγητῶν αὐτῶν τὰ μαθήματα, ἐδέησεν ἰσχυρῆσαι ὅτι πῦρ τῆς Αἰτίας, καὶ ἐξεδήμησε. τῆτι τῷ χρόνῳ ἀρίσκει ὁ Χρυσάοριος τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας, καὶ ἔτι ὅπως παρηκολέθη ἐγκύπτων. δηλοῖ ἐν τῷ Πορφυρίῳ ἐκεῖ ὄντι, γράψας ὅτι συμβαί. καὶ εἰ μὲν ἰσχυρῆσε τὸ πῦρ, ἐλθεῖν· εἰ ἢ μὴ ἰσχυρῆσεν, εἰσαγωγικῶς τινὰ γράψαι, ὅτι ἢ ἀπὸ μέλλοι ἐπακολυθεῖν τῷ βιβλίῳ. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πορφυρίος ὅτι ἠδυνάτο τίως ὑπεσπείψαι, γράφει αὐτῷ τὸ βιβλίον τῆτι, ἐκ τῶν εἰρημίων τῷ Πλάτῳ. καὶ ταῦτι συλλέξας σχεδὸν, καὶ ὅτι αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐλθεῖν. *Verum autem ὅτι genuinum hoc opus esse, dictionis perspicuitas ostendit. Et quod in aliis libris eorum qua hoc libro tractavit meminisset: tum etiam quod Chrysaorio illum nuncupavit: cui ὅτι alios quosdam libros inscripsit. Dedicat autem illi hujusmodi de causa. Praceptor Chrysaorii erat, cumque eum disciplinis imbueret, petiit, ut incendium Aetnae coram cognosceret: atque eo profectus fuit. Reperit interea temporis Chrysaorius categorias Aristotelis, quantum mentem nequaquam assequi poterat. Quapropter Porphyrio literis rem significat, peregre tum degenti: rogatque si incendii naturam explorasset domum redeat: sin minus, ut introductionem aliquam scriberet, cujus ope libri sensum assequeretur: cumque Porphyrius nec dum redire posset, scripsit ei hunc libellum, quem ferme à verbo ad verbum ex Platonis dictis collegit.*

Εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἐξηγήσεως καὶ πύσιν καὶ ἀπόκρισιν. *In Aristotelis Categorias expositio per interrogationem ὅτι responsionem.* Græcè edita fuit Parisiis anno 1543. Quam Bernardus Felicianus latine convertit. Meminit hujus libelli Simplicius in præfatione commentariorum in easdem categorias. οἱ ἢ καὶ τὰς ἐννοίας μὲν αὐτὰς ἢ μόνως ψιλὰς τὰς ὑπὸ τῷ Ἀριστοτέλει προτεινομένης σωτῶρως ἀποκαλύπτειν ἐπαράδασαν, ὡς ἐν τῷ καὶ πρῶτῳ καὶ ἀπόκρισιν βιβλίῳ πεποίηκεν ὁ Πορφυρίος. *Alii nudam duntaxat solamque Aristotelis mentem breviter explicare voluerunt.*

*voluerunt: quod Porphyrius prastitit libro illo per interrogationem & respon-*  
*sionem.*

Mox ab eodem commemoratur Porphyrii Ἐξήγησις τῶν κατηγορημάτων ἐν ἐπιπέδῳ βιβλίοις, πρὸς Γεδάλιον. *Commentariorum in Categorias libri VII. ad Gedalium.* Simplicii verba sunt: μὲν ἡ τέταρτος ὁ πάντων ἡμῶν τῶν καλῶν αἰτιῶν Πορφύριος ἐξήγησιν περὶ ὀντελῆς βιβλίας, καὶ τῶν ἐνστάσεων παλαιῶν λύσεων οὐκ ἀποτόμως ἐν ἐπιπέδῳ βιβλίοις ἐπιήστωτο, τοῖς Γεδάλιω πρὸς Φωνηθῆσι, πολλὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκεῖ δογμαμάτων καὶ τῶν κοινῶν λόγων περιεστρωμένων. Libros hosce ferme ad verbum transcripsit Jamblichus in suos commentarios in easdem Categorias, quod Simplicius mox sequentibus verbis testatur. μὲν τέταρτος ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος πλούσιον καὶ ἀσπὸς εἰς τὸ πρὸ βιβλίον καταβάλετο πραγματείαν, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς Πορφύριος καὶ ἐπὶ αὐτῆς τῆς λέξεως κατακολαθῶν, πινὰ δὲ Ἰπικρέων ἐκείνων καὶ Ἀγαθῶν ἀκρεβέστερον, μὲν δὲ συνέλαβεν τὸ ὡς ἐν σχολαῖς πρὸς τὰς ἐνστάσεις μακρολογῶν. Et sæpius deinde utrumque librum citat. Ex hoc Simplicii loco apparet, non insolens fuisse Jamblichō Porphyrii libros transcribere, aut additis mutatisque quibusdam interpolare: quod & in commentariis in Platonis Timæum eum fecisse apparet ex iis, quæ Proclus ex utroque passim citat. Ita enim ferme ubique eos conjungit, ut unam eandemque utriusque sententiam referat. Idem in Pythagoræ vita ab eo commissum videmus, cum totum Porphyrii libellum in suos commentarios Pythagoricos transcripserit, absque ulla ejus mentione. Pariter ex Ocelli Lucani, Platonis, Nicomachi, aliorumque scriptis capita integra transtulit, ut brevi ad ipsum Jamblichum copiosius ostendamus. Cæterum hujus commentarii in Categorias Boethius quoque mentionem fecisse videtur lib. i. expositionis in Categorias: ubi in ejus operis intentione explicanda se Porphyrium sequi testatur. Idemque opus ab Eustathio intelligi credo ad Iliad. γ. pag. 387. ubi simpliciter citatur Porphyrius ἐν τοῖς πρὸς Γεδάλιον.

*Expositio libri Aristotelis de Interpretatione citatur à Boethio principio commentariorum, quos secundo in eum librum edidit, his verbis: Cujus libri expositionem nos scilicet quam maxime à Porphyrio, quanquam etiam à cæteris transferentes, Latina oratione digestimus. Hic enim nobis dispositor & intellectus acuminis, & sententiarum dispositione videtur excellere.* Et occurrit ibidem frequentissima ejus mentio cum aliquo elogio: ita ut dubium non sit, quin Boethius Porphyrii commentarios maximam partem in suos transtulerit.

His affines fuere ob argumenti similitudinem, quos Boethius



thius eodem lib. 1. citat, *Commentarii in Theophrasti librum de affirmatione & negatione.* Eidem Boethio aliorum quoque scriptorum Porphyrii memoriam debemus. Nam dialogo primo in Porphyrium à Victorino translatum laudatur: *Introductio ad syllogismos categoricos.* Mos, inquit, hic Porphyrio est, ut in his rebus quæ sunt obscurissimæ, introducenda quadam & prægustanda præcurrat, ut in alio quodam libro de categoricis syllogismis fecit, & de multis aliis, quæ in Philosophia gravia illustrataque versantur. Eiusdem in fine lib. 2. de syllogismo categorico meminit. Recte etiam huc, ni fallor, referuntur laudati ab eodem Boethio *Commentarii in Sophistam Platonis.* Neque enim ignoro Platonis *Διαλεκτικὴν* aliam esse ab Aristotelica, ac multo sublimiorem; quippe quæ circa considerationem *ἔστι* versatur: locum tamen hic tribuo illis commentariis, quod in iis logica multa, in primis autem doctrinam dividendi pertractatam fuisse, Boethius testatur in præfatione libri de divisione. *Andronici, inquit, diligentissimi senis de divisione liber edisur, & hic idem à Plotino gravissimo Philosopho comprobatus, & in libri Platonis, qui Sophistes inscribitur, commentariis à Porphyrio repetitur.* Proclus quoque prima dissertatione in Platonis *Politiam* affirmat, hunc dialogum nomen accepisse *ἀπὸ τῆς προσηγορίας προβλήματῶν*, à refutatione scilicet, atque exagitatione Sophistarum: cætera illa quæ obiter de ente & non ente disputantur, esse τῶν ὑπεκὰς, atque alterius gratia assumi. *τὴν γὰρ σοφιστῶν ἕως ἐπιχρησῆν, ἐπειδὴ τὰτ' ἔω το προκείμενον εἰς τὴν ἐν ἐκείνῳ τῷ διαλόγῳ σκέψιν ὁ σοφιστής, καὶ διὰ τὸ περὶ ἔστι εἶρη μύημα, καὶ τὸ μὴ ἔστι, ἀλλὰ ταῦτα συνάγει πρὸς τὴν περὶ τῶν σοφιστῶν λόγον.*

Sequuntur deinde artes Mathematicæ, in quibus multa scripsit, præsertim Astronomica, teste Suida. Et licet nihil in Arithmetiis, & Geometria, vel solius nominis indicio supersit, non pauca tamen ab eo in utroque genere edita fuisse, ἢ ὅσοι τῶν ἀριθμῶν ἤρηται, ἢ ὅσοι νόμοι πρὸς γεωμετρίαν, vel quæ ex numeris dependent, vel quæ ad Geometriam spectant, testatur Eunapius. *Πορφύρειος εἰς τὰ ἀρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. Porphyrii commentarius in Harmonica Ptolemai.* Habetur bis terve in Bibliotheca Vaticana: idemque in Christianissimi Galliarum Regis Bibliotheca Parisiensi asservatur. Principium ejus hoc est: *Πολλῶν αἰρέσεων ἔστων ἐν μουσικῇ περὶ τὸ ἡρμωσμένον, ὡς Βυδόξιε, δύο πρώτως αὐτῆς ὑπολαβοί, τὴν τε Πυθαγόρειον καὶ τὴν Ἀριστοξένειον, ὧν καὶ τὸ δόγματος εἰσέτι καὶ νῦν σωζόμενα φαίνονται.* Totus ferme commentarius contextus est ex antiquorum autorum locis, præsertim

tertium Didymi περι διαφορῶν τῶν πυθαγορείων μουσικῆς πρὸς τὴν Ἀριστοξενείων  
 καὶ Πυθαγορείων : tum ex Ptolemaide Cyrenæa, ἐν τῇ πυθαγορικῇ τῆς  
 μουσικῆς συχαιώσῃ. Ex Æliani & Adraſti Commentariis in Platonis  
 Timæum, ac ſimilibus. Et edidit inde jam olim Franciſcus Patrici-  
 us, ſedulus hujusmodi rerum conquiſitor, ingens illud fragmentum  
 Ariſtotelis περι ἀκυσῶν, de audibilibus : diſcuſſionum Peripateticar.  
 tom. 1. lib. III. Neque tamen in univerſum ἀρμονικῶν opus ſcripſit  
 Porphyrius, ſed in quatuor duntaxat prima capita : cætera deinceps  
 Pappus pertexuit. Ita enim in alio manuſcripto Vaticano titulus  
 indicat. Πορφύριος ἐξήγησις εἰς δὲ πρῶτα κεφάλαια τῶν πρώτων τῶν ἀρ-  
 μονικῶν Πτολεμαίως. Sequitur deinde, Πάππος ὑπόμνημα εἰς τὰ δόξα τῶν  
 ἑ κεφαλαίων, καὶ ἐφεξῆς.

Aſtronomicum opusculum unum nobis ſuperest, εἰσὼγωγὴ εἰς  
 τὴν ἀποτελεσματικὴν Πτολεμαίως. *Introductio in Cl. Ptolemæi opus de effe-  
 ctibus aſtrorum.* Edita ante LXX. annos Baſileæ, cum anonymi ſcho-  
 liis in tetrabiblum Ptolemæi ex Demophilo collectis, & Hermetis  
 libro de revolutione nativitatum : ſed adeo corrupta, ut nullum le-  
 gentibus uſum præſtet. Eam Vincentius Richardus, Clericus Regu-  
 laris, ex optimo & integerrimo codice à ſe translatum mihi affirma-  
 vit, vir bene hæc literas doctus.

## CAP. VIII.

*Porphyrii hiſtoria philoſophica. Fragmenta ejus collecta. Socratis hiſtorici  
 de eadem judicium expenditur.*

**H**istorica ejus hoc loco ſubjungenda : in quibus primum ſibi lo-  
 cum jure merito vindicant φιλοſόφω ἱſτορίας βιβλία δὲ. *Hiſtoria  
 philoſophica, ſive De Vitis Philoſophorum, libri IV.* Meminit hujus operis  
 Eunapius principio ejus libri, quem de Sophiſtarum vitis ſcripſit ; cu-  
 jus verba operæpretium eſt cognoſcere. τὴν φιλοſόφον ἱſτορίαν, καὶ  
 οὖν τῶν φιλοſόφων βίαις Πορφύριος καὶ Σωτίων ἀειλέξαντο, ἀλλ' ὁ μὲν  
 Πορφύριος, ἔτιω συμβῆναι, εἰς Πλάτωνα ἐτελεύτα καὶ οὖν ἐκεῖναι χρόνους.  
*Hiſtoriam vitæque Philoſophorum collegerunt Porphyrius & Sotion. Sed Por-  
 phyrus, neſcio quo caſu, in Platonem ejusque tempora deſiit. Et Theodo-  
 retus ſerm. II. 7εραπ. de eodem ſic ſcribit : Πλάτωνα ἦ καὶ Ἀπίων  
 τῶν φιλοſόφων ἐκπαιδεύμασι δόξαι, τὸν αὐτὸν ἦ καὶ ὁ Πορφύριος ἀειδέ-  
 ξασθαι τὸν, τὸν ἐκάς βίον τῶν δόξαις προτεθεικῶς. Plutarchus vero atque  
 Aetius Philoſophorum opiniones expoſuere : quem laborem & Porphyrius ſibi  
 ſumpsit,*

sumsit, qui & unius cujusque vitam singulorum opinionibus adjunxit. Meminit ejusdem sermone IV. & V. Quin & Johannes Tzetzes Grammaticus Byzantinus Chiliadis XI. historia CCCLXXVII. idem opus laudat: ubi encyclicas disciplinas vocari docet universum bonarum artium ac scientiarum orbem, *ὡς ἔγραψε Πορφύριος ἐν βίοις φιλοσόφων*, hoc est, teste Porphyrio in vitis Philosophorum. Verum cum hujus operis causa tota hæc dissertatio à nobis instituta fuerit, distinctius non nihil de eo & per partes agendum. Fuit ergo Liber primus, *De Vita Pythagoræ*. Et quidem ille ipse quem hic à me editum habes Græce & Latine: cum eum in Germania Conrad. Rittershusius eruditissimus I. C. Græce tantum Malchi nomine publicasset. Nam præter illa quæ superius de gemino Porphyrii nomine disserui, non finit nos de autore dubitare Cyrillus Alexandrinus, qui hoc opus passim citat in X. illis libris, adversus Julianum apostatam editis, quos Lutetiæ Parisiorum R. & Cl. P. Jacobus Sirmondus Græce mihi legendos dedit; cum hæctenus non nisi mala Oecolampadii versio prodierit. Hujus Manuscripti ope plurimum adjutus fui ad primæ editionis lacunas supplendas: quo & Vaticani codicis autoritas deinde accessit. Indicabo nunc ordine singula Cyrilli loca; si quis conferre ea cum nostra hac editione velit. Libro primo. Πορφύριος γὰρ ἐπὶ παιδείᾳ κοσµικῇ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις σὺν ἀγνῆ, ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῷ φιλοσόφῳ ἰσορίας ποιῶν τὴν φησὶ περὶ τῶν ὀνομασµένων σοφῶν, ἧτοι δοκησισοφίας ἐπὶ ληψὶν ἐρχηκότων. μὴ δυνάµητοι γὰρ φησὶ τὰ πρῶτα εἶδη, &c. Est locus ille Moderati Gaditani, qui extat pag. 32. v. 22. hujus editionis. Et rursus libro III. Πορφύριος τοίνυν ὁ αὐτὸς κοινῶς, ὁ τῷ καθ' ἡµῶν ἀδυροσοµίας πατήρ, τὸν Πυθαγόρα βίον ἐξηγῶν ὡδὲ πη φησὶ. τὰ γὰρ ἰσοράµατα περὶ τῶν ἐν Μυκλήσιν, &c. quæ extant pag. 18. vers. 1. hujus edit. addit paulo post: Γράφει ἡ πάλιν ὁ Πορφύριος ὡδὲ περὶ αὐτῶν. σὺν ἡ περὶ πάτρης, &c. quæ hinc extant in fine pag. 21. Deinde libro VI. Γράφει ἡ ὅδε καὶ τὸν Πυθαγόρα βίον ἐξηγῶν, ἔτιω ἀγαθῆναι τὴν κροτωνιατῶν πόλιν, &c. quæ habentur p. 12. vers. 4. Item libro IX. Πυθαγόρας ἡ τὴν αἰνυµατώδη δηλωσὶν σὺν ἀτιµήσας ἔχει, ἀλλ' ἡ ἐν λόγῳ τὸ χεῖμα αὐτῶν. γέγραφε γὰρ ὡδὲ περὶ αὐτῶν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ πρώτῳ φιλοσόφῳ ἰσορίας. ἡ ἡ καὶ ἄλλο εἶδος, &c. quæ leguntur in hoc libello, p. 27. v. 34. Denique libro X. καὶ γὰρ ὁ Πορφύριος τοῦ Πυθαγόρα βίον ἐναργῆ καθιστῶν ὡδὲ πη φησὶν. Ἀντιφῶν ἡ ἐν τῷ περὶ τῶν βίων, &c. quæ habentur p. 5. v. 13. proferuntur ibidem alia loca quæ in notis indicabo. Quæ quidem omnia nequaquam nos de hu-

ius libri autore dubitare finunt : cujus nomen cur in MSS. codicibus supprimatur, postea dicam.

Secundum librum à nemine citatum observavi, neque temere dixerim cujus vitam is complexus fuerit.

*Liber tertius de vita Socratis laudatur à Cyrillo contra Julianum, lib. 6. paulo post principium.* φέρει γὰρ ἰδωμένῳ, καὶ πρὸς τὴν ἄλλων ὁποῖοι ἢ ὁ Διαβόητος παρ' αὐτοῖς Σωκράτους. καὶ ἀπισήσειε μὲν ἴσως ἀπισισοῦν τοῖς περὶ τὰς λόγους, ἔτι μὲν ἐπὶ τοῖς Πορφύριον γράμμασιν αὐτοῦ, ὅς τὸν ἐκάστῃ τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπεισημήνατο βίον. σκοπὸς γὰρ ἔστι γινώσκον ἑαυτῶ, καὶ πολλῆς ἠξίωσε τὸ χρέμα σωφροσύνης. ἔφη τίνω ὡς περὶ αὐτοῦ λέγει ἢ ὁ Ἀριστοξένος ἀφηγούμενος βίον ἔ Σωκράτους, ἀκηκοέναι Σπινθάρου πρὸς αὐτὸν, ὅς ἡ εἰς τῶν τῶν ἐπιτυχόντων· τούτου λέγειν, ἐπὶ ἔ πολλοῖς αὐτοῦ γὰρ πιθανωτέροις ἐπιτυχῆσθαι εἶη, τικαῦτῳ εἶναι τῷ τε Φωνίῳ, καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ ἴππιφαινόμενον ἡδύ. καὶ πρὸς πάνσι ἢ τοῖς εἰρημύοις τῶν ἔτι εἰδὸς ἰδιότητα. γινώσκον δὲ πρὸς τὸ, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο. ὅτε ἢ φλεχθεῖν ὑπὸ ἔ παιδὸς τῶν, δεινὸν εἶναι τῶν ἀχρημοπωλῶν. ἔδενός γὰρ ἔτε ὀνόματι ὁδοσχεῖται, ἔτε πρὸς αὐτῶ. & paulo post, γέγραφε γὰρ ὡς πάλιν περὶ αὐτοῦ Πορφύριος. ἐπὶ ἢ τοῖς περὶ τὸ βίον πρὸς μὲν ἄλλα εὐκολον, καὶ μικρὰς δέει μῆρον ὁδοσχεῖται εἰς τὰ καθ' ἡμέραν γινώσκον. πρὸς ἢ τῶν τῶν ἀφροδιτίων χρεῖται σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν ἢ μὴ πρὸς εἶναι. ἢ γὰρ ἔ γαμεταῖς, ἢ πρὸ κοιναῖς χρεῖται μόναις· δύο ἢ χρεῖν γυναικῶν ἄμα, Ξανθίπῳ μὲν πολίτην καὶ κοινοτέραν πρὸς· Μυρτῶ ἢ Ἀριστοῦ, θυγατρὶ δὲ Λυσιμάχῃ καὶ τῶν μὲν Ξανθίπῳ περὶ πλακείου λαθεῖν, ἐξ ἧς ἑαυτῶ Λαμπεροκλῆς ἐγχεῖται. τῶν ἢ Μυρτῶ γάμῳ ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος. *Videamus ergo qualis praeceteris celebris ille Socrates fuerit. Nec forte temere quis fidem omnibus adhibebit, quae de illo narrantur : Porphyrii tamen scriptis contradicere non poterunt, qui de antiquorum vitis sigillatim exposuit, atque eum in finem studii quamplurimum impendit. Is haec de eo refert : Aristoxenus dum Socratis vitam narrat, ait sese spirituum Socratis familiarem audivisse affirmantem, quod in nullum unquam incidisset, cui major fuerit vis persuadendi : Et ad hoc vocem ac vultum, moresque ejus fuisse compositos, Et gestus singulis dictis accommodatos. Atque id eum fecisse ait, cum non irascere : sed hoc affectu succensum nullum omnino servasse decorem, nec ab ulla eum voce vel facto abstinuisse. Paulò post : Idem Porphyrius de eodem sic scribit : in reliqua omni vita cum frugi fuisse, nec magno apparatu vixisse in diem : in rebus autem venerciis vehementiorem quidem fuisse, abstinuisse ta-*

men ab omni injuria : quod vel uxoribus, vel prostitutis tantum uteretur. Duas eodem tempore habuisse conjuges, Xanthippen civem Atticam, sed paulo communio- rem ; & Myrto Aristidis filiam, Lysimachi neptim. Et Xanthippen, quidem clanculum sibi adjunxisse, ex qua Lamproctem filium suscepit : Myrto autem nuptam domum duxisse, & ex illa Sophroniscum & Menexenum natos fuisse. Citatur etiam à Theodoro serm. I. ἑρῶ. ubi de Socrate loquitur, καὶ τοῦτο πολλοὶ μὲν εἰρήκασιν καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ Πορφύριος ἢ ἐν τῷ τρίτῳ τῷ φιλοσόφῳ τοῦτο ἰστορίας ζωῆς γράψεν. ἔφη ἢ ἕτως. λέγωμεν περὶ τοῦ Σωκράτους, &c. Iterum sub principium sermonis IV. & sermone XII. licet libri numerum isthic non exprimat. Meminit ejusdem vitæ Socratis Socrates historiae Ecclesiasticae lib. III. c. 23. his verbis. Ἐτι μὲν ἴδεν καὶ Πορφύριος, ὃν Τύριον καλεῖ γέροντα, ἄμφω φιλοσοφῆσαι ἤσαν, ὑπὸ τῶν οἰκείων λόγων ἐλέγχοντα. Πορφύριος μὲν γὰρ τοῦ κορυφαίου τῶν φιλοσόφων Σωκράτους τὸν βίον διέσπειν ἐν τῇ γεγραμμένῃ αὐτῷ φιλοσοφῆσαι ἰστορίᾳ, καὶ τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γράψας κατέλειπε, οἷα ἂν μήτε Μελίτος μήτε Ἄνυτος οἱ γράψάμενοι Σωκράτῳ εἰπεῖν ἐπεχείρησαν. Quod autem Julianus, inquit, atque Porphyrius, quem Tyrium senem vocat Libanius, detractores ambo fuerint, suis ipsorum sermonibus arguuntur. Nam Porphyrius summi philosophorum Socratis vitam lacnavit in historia philosophica, quam ipse conscripsit : & talia de eo retulit, qualia nec Melitus, nec Anytus Socratis accusatores dicere conati fuissent. Eademque illa ex Socrate transcripsit Nicephorus Call. lib. 10. c. 36. & hist. trip. lib. 7. c. 2. quam censuram paulo post expendemus. Meminit etiam tertii hujus libri Stephanus ἐθνικογράφος, voce Γάδαεα.

### Liber quartus, de vita Platonis.

Citatur à Cyrillo libro 8. sæpius jam laudati operis adversus Julianum : Διαμεμνήσομαι ἢ καὶ αὐτῶν τῶν ῥήσεων, καὶ εἰς μέσον οἶσω περὶ αὐτῶν, ὡς αὐτὸ εἶδειν οἱ ἐντοξόμοι τῶν χριστιανῶν περὶ θεοῦ δόξης τὸ ἀπειξισμένον εἰς τὸ ἄθῆον. καὶ ὅτι τῶν παρ' ἐκείνοις οἱ πανάριστοι τε καὶ σοφοί, λαμπρόν τε καὶ διαβόητον, ἐπ' αὐτῷ δὴ τῷ λαχόντες ὄνομα τῷ μὲν ὡς ἡμῶν δογματικῆς ἀκριβείας κατόπιν ἰόντες αἰλοῖεν αὐτὸν, ἢ μὲν ἐπὶ καὶ εἰσάπαν, ἡμαρτηκότες τοῦ τῶν ἡμετέραις ἐπεσθαι δόξαις. Γράφει τίνι Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ φιλοσοφῆσαι ἰστορίας. ἄχρη γὰρ τῶν ὑποστάσεων, ἔφη Πλάτων πῶς τοῦ θεοῦ παρελθεῖν ὕσιν. εἶναι ἢ τὸν μὲν αἰώτατον θεόν, πάραθον. μὲν αὐτὸν ἢ καὶ δῖον τὸν δημιουργόν. τρίτῳ ἢ πῶς τοῦ κόσμου ψυχῆν. ἄχρη γὰρ ψυχῆς πῶς θεότητα παρελθεῖν. λοιπὸν ἢ τὸ ἄθεον διὰ τῆς σωματικῆς ἐσῆρχ

ἐπιρχοῦ Διὰ Φορεῖς. Ἄλλ' οἷον περιηρημένοι καὶ πρὸς τοῦτο ἀντιλέγουσι, φάσκοντες μὴ δεῖν, τὰ γὰρ ὄντων συναριθμεῖν τοῖς ἀπ' αὐτῶν. ἐξηγήσεται γὰρ διὰ πάσης κοινωνίας, διὰ τὸ εἶναι ἀπλοῦν πάντα, καὶ ἀδεκτόν τινος συμβάσεως. διὰ δὲ τοῦ τοῦ (δέχῃ γὰρ ἔστι) τὴν τριάδα μίαν σωθῆναι. Hoc est: *Commemorabo ad verbum, atque ea quæ apud ipsos leguntur in medium profertur, ut lectores Christianorum de Deo sententiam rectissime limatam cognoscant. Atque ut optimos & sapientissimos quosque illorum, quique clarum hæc & celebre nomen obtinuerunt, nostrorum dogmatum certitudinem secutos manifeste appareat; nec omnino à vero aberuisse, dum nostram sequuntur sententiam.* Scribit igitur Porphyrius libro 4. historiae Philosophicæ in hæc verba: *Plato usque ad tres subsistentias Dei essentiam procedere dicebat. Et supremum quidem Deum esse bonum ipsum: post hunc secundo loco esse rerum omnium creatorem: tertiam vero esse animam mundi. Divinitatem enim usque ad animam progredi. Illud autem quod Deitate caret à differentia corporea incipere. Verum illi, quos ante dixi, hæc quoque contradicunt: asserentes Deum nequaquam rebus ipso inferioribus esse accensendum: exemptum scilicet ab omni societatis communione, nec ullius rei capacitatem quæ pari gradu constituatur. Sed ducto à mente principio unam deinde trinitatem servari.*

Citatur etiam Porphyrius in Philosophicæ historia à barbaro interprete Chronicorum Eusebii, cujus excerpta in magno opere Eusebiano leguntur: ubi nonnulla de tempore, quod inter Ilii expugnationem & primam Olympiadem intercessit, ex eo afferuntur. Tum alio loco ejusdem sententia de Homeri & Hesiodi ætate adducitur. Et forsitan ex eodem opere fuere illa quæ à Simplicio in lib. 2. Arist. de cælo citantur, de Babyloniorum observationibus astronomicis à Callisthene in Græciam missis, ἃς τινὰς διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἑτῶν εἶναι καὶ ἑντακοσίων τριῶν, μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένης. Quas Porphyrius, mille nongentorum & trium annorum fuisse, & usque ad Alexandri Macedonis tempora servatas narrat. Nisi potius ex opere aliquo Astronomico fuerint, quæ plurima, teste Suida, Porphyrius scripserat. Pauca hæc magni operis fragmenta, ut dispersas naufragio tabulas collegi, quæ specimen aliquod exhiberent eorum librorum, quos incuria mortalium & temporis injuria nobis invidit; vel potius Porphyriani nominis invidia extinxit: si tamen tam præclarum opus in rebus humanis esse desierit, quod Joannes Tzetzes ante 400. adhuc annos legit. Utinam vero integrum alicunde proferatur! cum ex primo hoc libro, licet mutilo, satis appareat, quam jacturam res literaria ejus scripti interitu fecerit: quod Cyrillus summo studio confectam

fectum fuisse affirmat. Idque eo magis, quod plurimorum insignium autorum testimonia de Socratis & Platonis vita, ac philosophandi ratione una perierunt. Porphyrius enim cum eorum vitas scriberet, à quorum temporibus longiori intervallo erat remotus, & de quibus propria fide nihil poterat affirmare, historiam suam ex aliorum autorum locis centonis instar concinnavit: qui ut tempore fuerant propinquiores, ita fidem majorem merebantur. Qua quidem in re diligentiam ejus miror & laudo: qui ne illa quidem dissimulare voluit, quæ sequiora de clarissimis hominibus, sive vera fide, sive invidia quorundam atque obtrectandi studio, prodita fuerant. Atque utinam tam facile nobis esset in cæteris Porphyrii causam tueri, quam nullo negotio hujus historiæ fides contra Socratis objectionem à calumniæ ac detrectationis crimine defenditur. Ea enim quæ malevole contra Socratem Philosophum scripta fuisse reprehendit lib. 3. cap. 23. hist. Eccles. nequaquam de suo confinxit Porphyrius, nec propria fide asseruit; sed Aristoxeni, gravissimi ac celeberrimi scriptoris autoritate. Quod videre est Theodoreti sermone XII. Græcar. affect. ubi ea leguntur, quæ Porphyrius ex dicto autore de Socratis iracundia ac libidine in tertio hujus operis libero retulerat. Taceo enim quod Socrates ipse Zopyri de se judicium proprio testimonio comprobavit.

Seorsim scriptus fuit liber, *Περὶ Πλωτίνου βίης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βιβλίων αὐτοῦ.* De vita Plotini, & ejus librorum serie. Qui Enneadibus ipsius semper præfigitur. Illas enim emendandas sibi à præceptore relictas fuisse ipse testatur: quod in propriis libris conficiendis ac recensendis paulo negligentior esset. Nec solum Plotini scripta recognovit, sed & introductionibus atque commentariis eadem illustravit, quod ex libello *αἰφορμῶν* & Æneæ Gazæi loco, quem inferius apponam, manifeste apparet.

## CAP. IX.

*Porphyrii scripta quæ ad practicam Philosophiam spectant.*

VENIO nunc ad ea quæ longe plurima in omnibus Philosophiæ partibus scripsit. Atque in genere quidem de universa Philosophia agebat liber à Suida laudatus, *Περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας.* De Homeri Philosophia. Quod id haud dubie probare voluit, Homerum non  
minus

minus philosophum quam poetam fuisse. Idque fortassis in Longini præceptoris gratiam, quem peculiare opus de hac quæstione edidisse constat, Suidæ testimonio, *εἰ φιλόσοφος Ὁμηρος*. Num *Homerus philosophus sit*. Quem non solum philosophum, sed principem philosophorum esse Maximus Tyrius affirmat, dissert. XVI. qua disquirat, *utrum sit secta Philosophia secundum Homerum*. Ubi eleganter Homericana poësin *παναρμόσιον τι ὄργανον* appellat, quod omni vitæ generi atque instituto convenit. Atque unum illum omnium artium scientiarumque semina, principia, atque exempla continere affirmat. Qui & Horatio teste, *quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non*, *Plenius ac melius Chrysippo ac Crantore dicit*. Ex hoc ingeniorum fonte omnes postea sapientes animum irrigasse, rivulosque in suos deduxisse usus testatur Eustathius, *ὁδὸς ἔστι τῆ παρ' αὐτῷ παρρησιαστικῆς, ἔτι τῆ παρ' αὐτῷ φυσικῆς, ἔτι τῆ παρ' αὐτῷ ἠθικῆς, ἔτι τῆ παρ' αὐτῷ λογικῆς ἐξωτερικῆς, ὁποῖος ἂν εἴποι τις, παρῆλθε πρὸς Ὁμηρικὴν σκηνὴν ἀξεναγωγῆς, ἀλλὰ πάντες παρ' αὐτῷ κατέλυσαν*. Unde Philosophorum præstantissimi Democritus, Zeno Cittiensis, Antisthenes, Heraclides Ponticus, Posidonius, Panætius, & Platonici recentiores fere omnes suis scriptis Homerum illustrarunt. Atque exstant duo præclara in hoc genere opuscula: alterum quidem Heracliti cujusdam, de Homericis allegoriis. Quod nescio qua de causa Heraclidi Pontico adscribitur, reclamantibus præter temporis rationem quinque manuscriptis, quos in variis Bibliothecis vidi, & Eustathio ad Homeri Iliad. a. pag. 40. Alterum vero Procli Diadochi, quo Poetam adversus Platonis accusationes defendendum suscepit. Quibus forte addi debet Strabonis dissertatio principio operis Geographici. Ex hisce enim conjicere licet, cujus generis fuerit hoc Porphyrii opus.

Laudantur ab eodem Suida *Περὶ τῶν μίαν εἶναι πρὸς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἰρετικῆς, βιβλία 2*. De Platonis atque Aristotelis consensu, libri 7. fuit enim Porphyrius utriusque Philosophiæ æque peritus, ut supra diximus, ideoque Aristotelica ubique Platonice admiscuit. Quod & Proclus lib. 1. in Timæum, p. 18. testatur: ubi ait Porphyrium *ἐπιπαθητικὰς δόξασεις παρρησιαστικῶν λύειν τὰς Πλατωνικὰς δόξασεις*. Hoc philosophandi genus ab Ammonio introductum fuisse ex Hierocle superius ostendi: cujus exemplo plerique omnes posteriores philosophi cœperunt ἐπαμφοτερίζαν, & Academiam cum Lyceo conjungere: explorata priorum Academicorum superstitione, qui unum Platonem nimis religiose sectabantur; atque ejus



dogmata adeo ab Aristotelicis differre existimabant, ut nulla ratione conciliari possent, Hosce ab utriusque Philosophi mente, & ab ipsa veritate longius aberrasse affirmat Hierocles *ὅτι μὲν ἐκόντας ἔειπε καὶ ῥητορική σφᾶς αὐτῶν προσαναγέντας ὅτι ἢ καὶ προσλήψει καὶ ἀμαθία δεδωλωμένους.* Quod & Porphyrius hoc opere demonstrandum suscepit. Nam Taurus Berytius, ut ex Suida discimus, scripserat *περὶ τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους.* Et Attici Platonici liber *contra Aristotelem à Moyse ἢ Platone dissidentem* citatur sæpius ab Eusebio, libro XV. præpar. Evang. idemque nunc in Bavarica Bibliotheca extare dicitur. Quin etiam inter Latinos Boethius, principio libri 2. de interpretatione, se Porphyrii exemplo *Aristotelis Platonisque sententias in unam quodammodo revocaturum concordiam ἢ in his eos non ut plerique dissentire in omnibus, sed in plerisque quæ sunt in philosophia maxima, consentire demonstraturum promisit.* Optandumque esset ut vel ipse eam conciliationem absolvisset; vel si absolverit, ut ad nostram pervenisset ætatem: ita facilius Porphyriani operis jacturam ferremus. Sed veterem inter hos philosophos litem renovare voluit Georgius Gemistus Pletho Bessarionis præceptor, & Trapezuntius Platonis calumniator: & nuper adeo Franciscus Patricius, In quibus conciliandis veterum exemplo Picus, Foxius, Carpentarius, Mazzonius, Buratellus & alii laborarunt.

Ad moralem Philosophiam spectant laudati à Stobæo & Suida *περὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν, δ.* De sui ipsius cognitione libri 4. hanc enim sui cognitionem Pythagoræ, ac Platonis schola, ut principium atq; fundamentum totius Philosophiæ statuebat, ad purgandum à vitiis animum, & virtutibus ac veritatis cognitione excolendum. Quæ de re Plato in Alcibiade priorè abunde tractat, & Proclus atque Olympiodorus divinis illis commentariis, quibus eundem dialogum explicarunt. Hisce recte subjungitur ejusdem argumenti liber, *περὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν, πρὸς χρυσαϊόριον.* De eo quod est in nostra potestate, ad Chrysaorium. Cujus partem non exiguam Stobæus nobis conservavit lib. 2. ἐκλογῶν. Nam ubi homo seipsum recte cognoverit, nimirum se animam esse rationalem, quæ corpore ut instrumento utitur; sciet etiam quæ propria sibi bona adsint, quæ nec alterius beneficio possidet, nec impediri ab alio queunt. Videlicet *τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, τὰ ἐνδότεν ἀπ' αὐτῆς καὶ πλὴν αὐτῆς κείσθαι καὶ ἀίρεσιν γινόμενα,* ut Simplicius ait. Hoc est: *internos animi motus, qui libero ejus judicio propositoque fiunt.* Quocirca is qui propriæ perfectioni

studet,

studet, animam ipsam & propria ejus bona excolat necessum est. Corpus autem ut animi instrumentum curet: cæteraque externa, quatenus ad instrumenti conservationem faciunt: ne vel nimio neglectu usui sevitioque animæ ineptum reddatur: vel immodico cultu adversus animæ imperium sese extollat, atque instar luxuriantis equi rationis frænum excutiat. Quem in finem scripti fuere à Porphyrio *περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, πρὸς Φίρμων Καστρικίον, βιβλία δ΄. De abstinentia ab esu animalium, ad Firmum Castricium, libri IV.* Opus nunquam satis laudatum, quod magnum Italiæ decus Petrus Victorius in lucem protulit, & Bernard. Felicianus egregie expressit Latino sermone: quo neglecto, nuper in Galliis nescio quis ineptissima versione vel delirio potius perpetuo optimum opus pessime contaminavit: ut inter omnes malorum species, quibus iratum numen Porphyrianos manes nomenque hæcenus pressit, hanc facile principem ducam; quod in tam mali medici manus inciderit. Laudatur autem hoc opus ab Eusebio, lib. 9. de præparat. Evang. & à Theodoret, Therapeut. serm. VII. & X, qui ea loca adducunt, quibus profana gentilium sacrificia subvertuntur: cum Porphyrius disertim affirmet, eos nequaquam pro diis habendos, qui sanguinis effusione atque animantium cæde gaudent. Qua ratio cum typica Hebræorum sacrificia, quæ vero numini offerebantur, pariter impugnare videretur; respondit hac parte Porphyrio Diodorus Episc. Tarsensis: cujus libri *καὶ Πορφυρίῃ, περὶ ζώων καὶ θυσιῶν*, à Suida commemorantur.

Hiscæ ob argumenti similitudinem adjungendi sunt libri aliquot *De regressu anima.* Quos D. Augustinus lib. X. de Civit. Dei cap. 29. laudat his verbis: *Hoc fortassis credere reeussatis, induentes Porphyrium in his ipsis libris, ex quibus multa posui, quos de regressu anima scripsit, tam crebro præcipere, omne corpus esse fugiendum, ut anima possit beata permanere cum DEO.* Capite autem 32. primum ejusdem operis librum citat: *Dicit Porphyrius in primo juxta finem de regressu anima libro, nondum receptam unam quandam sectam, qua universalem viam anima contineat liberanda.* Græce fuerat titulus: *περὶ ἀνόδου τῆ ψυχῆς.* Platonici enim *τὴν ἀνόδου*, hoc est, ascensum sive reversionem animæ *τῇ εἰς τὰ σώματα κατὰ νόδου* opponunt. Ea autem quæ D. Augustinus se ex iis libris posuisse ait, extant capp. 9. & 10. tum. 24. 26. & 28. ejusdem libri X. ubi Porphyrii sententiam de purgatione animæ per artem theurgicam fuserefert, & ut impiam merito exagitat: quo dæmones malos in cælum

elatos collocaret inter Deos, & sydera ipsa hisce opprobriis infamaret: atque ad falsas malignorum spirituum potestates & superstitionas purgationes; hoc est, ut ipse ait, in errorem certissimum sua quoque auctoritate homines mitteret. Et hasce malæ curiositatis præstigias cum non à Platone, sed Chaldæis magistris suis didicisse affirmat: ut immundissimorum dæmonum prædicatorem & angelum eum vocare non dubitet: quamvis, teste eodem D. Augustino cap. 9. cunctanter & pudibunda quodammodo disputatione quandam quasi purgationem animæ per theurgiam Porphyrius promitteret; reversionem vero ad Deum hanc artem præstare cuiquam negaret. *Ille videas, inquit, cum inter vitium sacrilega curiositatis & Philosophiæ professionem sententiis alternantibus fluctuare: Nunc enim hanc artem tanquam fallacem & in ipsa actione periculosa, & legibus prohibita cavendam monet: nunc autem velut ejus laudatoribus cedens, utilem dicit esse mundanda parti animæ, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: sed spirituali, qua corporalium rerum capiuntur imagines: hanc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum & angelorum, ad videndum Deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animæ nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum, & perspicienda ea quæ vere sunt.* Unde idem Augustinus cap. 24. Porphyrium invidis dæmonum potestatibus subditum, de iisdem & erubuisse, & eas libere redarguere formidasse affirmat. & cap. 26. testatur ipsum theurgorum fallaces præstigias utcumque habuisse perspectas; sed contra multorum Deorum cultum Deum verum non libere defendisse. Omitto enim alia plurima, quæ iisdem libris Porphyrio nimis quam vere impinguntur. Cæterum quæ de duplici animæ purgatione Porphyrius hoc opere tractarat, rectius poterunt intelligi, si quis ea adhibeat quæ ab Hierocle ad postremam partem Pythagorici carminis *περὶ καθαρισμῶν καὶ λύσεως τῆς ψυχῆς* disputantur. Ita enim Pythagoras ejusque sectator Plato senserunt: animam humanam divinæ auræ particulam, dum relicta cœlesti statione ex universo animarum choro ad mortalem vitam & terreni corporis commercium per ætheriam regionem descendit, ibidem quandam corporis speciem assumere, quo spiritualis ejus essentia tanquam vehiculo ad inferiora hæc deferatur: & elementorum regiones peragrantem varias in super induere tunicas, ordine ex elementis conflatas; quibus circumamicta ita demum

demum corpori se insinuet. De vehiculi illius natura variæ fuere Platoniorum sententiæ, ut ex Proclo lib. V. in Timæum pag. 311. & 320. videre est: quorum alii universi naturam animæ currum esse voluerunt; alii astrum aliquod animæ congenitum: alii mixtum quid ex cœlestibus sphaeris: alii concretum aliquid ex universo æthere. Sed cum animam ad inferiora vergentem eo fine corpori immergi crederent, ut à terreno affectu purgata, ad Deum autorem & originem suam revertetur, varias statuerunt purgationum species, quarum beneficio mortalitatis vinculis exsoluta, pura ac libera ad pristinam ὁζώϊαν rediret. Et de iis quidem quæ terreni corporis molem leviolem reddunt, quas in sobria & moderata victus ratione consistere existimabant, Porphyrius luculenter agit quatuor illis libris de abstinentia ab esu animalium: de reliquis autem duabus operæ precium est videre Hieroclem pag. 305. ubi animam rationalem mathematicis disciplinis purgari ait; de quibus in notis nonnulla dicenda erunt: solvi autem atque elevari τῇ Διαλεκτικῇ τῶν ὄντων ἐποπτεία, sive contemplatione eorum quæ vere sunt: quam λύσιν αἰαγωγὸν appellat. Spiritalem vero animæ partem, ut D. Augustinus Porphyrii verbis vocat; sive τὸ πνευματικὸν καὶ λεπτὸν τῆ ψυχῆς ὄχημα, & ut iidem Platonici appellant, τὸ αἰθεραίοδες τῆς ψυχῆς σῶμα, sive τὸ ψυχικὸν σῶμα, suam quoque purgationem, suamque exsolutionem habere affirmant. Et mathematicis quidem purgationibus respondere οὐδὲν τελεστικὰς καθαρμὰς, contemplationi autem mentali, τὴν ἱερατικὴν αἰαγωγὴν. Hac enim, ait, proprie purgant perficiuntque animæ rationalis spirituale vehiculum: & separant illud à mortalitatis contagio, & ad mundorum spirituum congressus idoneum aptumque reddunt. Sed operæ pretium erit utriusque Philosophi verba diligenter inter se contendere: cum non solum alter alteri facem alluceat, sed id quoque manifeste eorundem comparatione appareat, non unum Porphyrium eo seculo illud superstitionis impietatis genus probasse; quod & antiquissimis quibusque ante natum Porphyrium, & post eum recentioribus Academicis omnibus in usu fuit: qui longe lateque terrarum orbem peragrabant, ut omnibus omnium Deorum sacris initiarentur: quod animum tot illustrationibus à mortalium rerum contagione defæcationem reddi, & ad DEI rerumque divinarum contemplationem magis aptum atque expeditum effici crederent. Adde etiam, Hierocli non minus quam Porphyrio perspectas fuisse Theurgicarum, sive, ut ipse vocat, sacrarum artium præstigias. Cum ita demum id purgationum genus probet, ἡ θεουργία,

hoc est, sacro ritu, non tralatitio agyrtarum more fiant. Id vero mirari subit, D. Augustinum, quo nemo veterum Platonis doctrinam aut rectius intellexit, aut æquius de ea judicavit, illud tanquam proprium ac suum Porphyrio objicere, quod *omne corpus fugiendum esse*, dicto opere pronunciaffet: cum ea in re nihil à Platonis sententia diversum affirmarit: qui in Phædone, & in VII. libro de rep. proluxa disputatione, & luculenta antri subterranei similitudine ostendit, animum corpori tanquam cæco carceri inclusum, mole atque passionibus ejus in veritatis contemplatione quam maxime præpediri. Idcirca abducendum eum à sensibus, & corporis, domestici hostis, familiaritatem sedulo ei cavendam ac fugiendam esse: & circa hanc fugam omne Philosopho studium operamque collocandam: quam & Plato dictis locis & Porphyrius mortem philosophicam, sive mortis meditationem, aut vitam secundum mentem, aut animæ abductionem conversionemq; vocant: ita tamen ut vinculum illud, quo natura corpus animamque colligavit, violenter abrumpendum negarint, nec animæ à mortalis vitæ statione absque supremi imperatoris jussu decedendum: quod Cleombrotum Ambraciotam non recte intellecta Platonis disputatione fecisse ajunt; quodque severa porticus probavit, quæ passim occidit, *λιώνικται ἢ θύρα* & ad laqueos & præcipitia homines mittit. Socrates enim in Phædone multis rationibus *αυτοχειρίαν* dissuadet: Cujus sententiam Porphyrium quoque secutum videmus lib. 1. de abstin. qui cum duplicem discessum animæ à corpore dixisset; unum quidem violentum, alterum vero qui fit *πειθοῖ καὶ κτ' λόγον*, quam in Plotini vita *εὐλογον ἐξαγωγὴν* appellat: primum illum, cum universa Platonis schola ut impium & animæ noxium his verbis damnat: *βία μὲν τίνων ἑαυτὸν ὁ φιλοσοφῶν σὺν ἐξάξει. βία δ' ὁ μὲν γὰρ εἰδὲν ἤτιον ἐκεί μὲν, ὅθεν ἀπιλθεῖν βιάζεται* h. e. *Philosophus nequaquam vi semetipsum à vita educet: nam qui volens cogitur excedere, nihilominus ibi permanet, unde vi expellitur.* Sed illud aliquis objiciet, non eo nomine Porphyrium reprehendi, quod fugam à corpore suaserit, sed quod omne corpus fugiendum præceperit. Illo enim effato resurrectionis mysterium tolli: cum Sanctorum animas unitas corpori ad beatitudinis gloriam elevatum iri Catholica fide credamus: eodemque argumento lib. 2. c. 26. D. Augustinus Porphyrium urget. Cui id responderi posset, Platonici Philosophi verba nequaquam præter Platonis mentem, ac rem ipsam de qua agitur, trahenda esse: cumque Porphyrius, ut Platoniorum verbis utar, *τὸ θνητὸν καὶ*

καὶ αἰσθητικῶν ἔσθητοιδῶς σώματ' ἐμπάθειαν fugiendam præceperit animo ad Dei rerumque divinarum contemplationem contendenti, minus commode de cœlestium siderum aut beatorum gloriosis corporibus ea explicari: quandoquidem illa nullis cum animo humano vinculis conjunguntur: hæc autem deposita mortalitatis sarcina spiritualia & corruptibilia evasere, ut officere amplius nequeant. Veruntamen quid temere sanctissimo pariter ac sapientissimo viro reprehensum credam, Eunapii autoritate moveor; qui nescio quod corporis humanitatisque odium Porphyrium incessisse tradit, cum Plotini sapientiam largius imbibisset, quam animus atræ bilis vehementia æstuans concoquere valeret. Verba ipsa cognoscere operæ pretium est: Εἶπε, ὑπὸ ἑμεγέθους τῶν λόγων νικώμενος, τό, τε αἰσθητικῶν εἶναι ἐμίσησεν, καὶ διὰ τῶν αἰσθητικῶν εἰς Σικελίαν ἔκειτο καταστίνων καὶ ἀποκαρτερῶν, τροφῶν τε ἔσθητοιδῶν, καὶ αἰσθητικῶν ἀλεείνων πάντων. *Vitium dein rationum magnitudine concepto corporeæ molis humanitatisque odio trajecit in Siciliam: ubi jacuit jussivus, animi deliquio ἔ inedia prope confectus: neque tamen cibum admittens, ἔ hominum vestigia vitans.* Tum vero inprimis me movet, quod Origenes suum illum errorem ex Platonica philosophia hauserit, quo veram carnis resurrectionem negans, nescio quam spiritualis corporis speciem resurrectionem somniabat. Quem etiam confirmare studebat verbis D. Pauli, negantis carnem & sanguinem posse regnum Dei possidere, 1. Cor. 15. v. 50. in quem sensum & alterum Apostoli locum trahebat, 2. Cor. 5. v. 1. ubi asserit, nos *terrestri domo nostræ hujus habitationis dissoluta habituros adificationem ex Deo, domum non manufactam æternam in cœlis*, ut videre est ex S. Methodii libro de resurrectione apud Photium: quo hunc Origenis errorem solide confutat. Quocirca non est quod miremur hominem gentilem ad illum scopulum impegisse, ad quem Origenes ipse jam ante fidei navem fregerat. Cæterum quod D. Augustinus libr. 10. cap. 29. asserit Porphyrium hoc libro dixisse, ad Deum per virtutem intelligentiæ pervenire, paucis esse concessum: ad eundem locum, ni fallor, respexit Tzetzes Chil. VII. hist. 143. dum ait:

Ὅλιγοις ἢ ἰσὺς μέτεστιν, ὀλίγοις ἔξ ἀνθρώπων,

Ἰαμβλιχῶν, Πορφύριου, καὶ πᾶσι σοφοῖς ὡς λέγει.

Ubi voce monstrose composita Ἰαμβλιχοπορφύριου nunc legitur. Commemoranda etiam hoc loco *Refutatio apologiæ Diophanis Reithoris*,  
cujus

cujus ipse in Plotini vita meminit. Rhetor enim ille Socraticus cinæ-  
 dus instituta Alcibiadis defensione probare studuerat, juvenem vir-  
 tutis addiscendæ gratia etiam corporis sui turpem usum docenti conce-  
 dere debere. Quod perversum dogma Porphyrius Plotini jussu refu-  
 tavit: ubi multa adversus nefandum vitium de animi sanctitate, at-  
 que integritate corporis, tanta vi argumentorum verborumque dis-  
 seruit, ut Plotinus præ magna lætitia recitanti sæpius acclamaret  
 Homericum illud:

βάλλ' ἔτιωσ' αἰκέν τ' εὖ Φόωσ ἀνδρεσσὶ γύηαι,  
*Sic ferias, & lumen eris mortalibus olim.*

Ad civilem sapientiam referri debent libri X. quos Suidas recenset,  
 Περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ἀφελείας τῶν βασιλέων. *De fructu quem reges capere  
 possint ex Homero.* Quibus perfecta boni regis institutio ex Homero  
 continebatur. Ita enim Alexander Macedo regum maximus apud  
 Dionem, orat. 2. de regno, pronunciat: reliquorum omnium poë-  
 tarum scripta ut convivialia, aut amatoria, vel ridicula, vel popularia,  
 esse: solam Homeri poësin revera generosam, magnificam, & regi-  
 am. ἢ πρὸς τὸ νόον προσέχειν τῶν ἀνδρῶν μάλιστα ἰδί' ἀρξεν μέλλουσα τῶν  
 ὀπί ποτε ἀνθρώπων. Et quicumque animum ei adverterit, eum regem  
 fore & felicissimum & optimum; cum duas potissimum virtutes ma-  
 xime regias Homerus inculcet, fortitudinem & justitiam. Ideoque  
 Homeri Iliadem τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον ubique secum circumge-  
 stasse, & noctu una cum ense pulvino supposuisse refert Plutarchus.  
 Tum vero illud non obscure ostendit quanto in pretio Homerum ha-  
 buerit, quod ναρθηκα sive scrinium inter Darii spolia pretio non  
 postremum illius custodiæ assignarit: ut pretiosissimum humani ani-  
 mi opus maxime diviti opere servaretur. Sed Porphyriani operis  
 gustum ex Dionis oratione haurire licet, unde & scribendi ἀφορμὰς  
 cum sumpsisse arbitror.

## CAP. X.

*Porphyrii scripta physica, theologica, & theurgica.*

**R**ecensebo nunc quæ ad naturalem Philosophia partem spectant, tum  
 etiam quæ ad diviniorum illam pertinent, quam alii Metaphysi-  
 cam,

cam, Platonici augustiore nomine Theologiam dixerunt: de qua & ipsa physiologia eorum multum adjunctum habet. Quippe cum maxima ejus pars in peruestigatione τῆς πρώτης ἀρχῆς, δημιουργικῆς αἰτίας consistat. Unde, Proclo teste, τὰ φυσικά ἔ φυσικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεολογικῶς pertractant. Nam ex Pythagoreorum instituto τὸ ὑψηλόν, τὸ νοερόν, τὸ ἔνθεον, τὸ διὰ τῶν νοητῶν πάντα ἐξάπτειν, τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον, τὸ ἀπαγωγὸν ubique adhibent. Unde ob diviniorē philosophandi rationem cæteris non immerito fama atque gloria prælatos fuisse præter alios SS. Patres D. Augustinus testatur lib. 8. de civit. Dei: & Proclus principio theologiæ Platoniciæ; & lib. 2. in Timæum p. 105. Nam cum cæteri animo in inferioribus defixo ad naturales & proximas causas omnia revocarent; illi mentis oculos supra omnia quæ corporis sensibus usurpantur extollere ausi fuerunt: & Deum infinito intervallo mentem ipsam exsuperantem, in rebus quidem creatis, ut creatorem patremque omnium: in theologicis ut summum verumque ens, proprium intellectus objectum & omnis veritatis lumen: in mortalibus vero ut summum bonum, sive τὸ ἀπειραχθὸν sedula inquisitione peruestigarunt: Quod in uno illo naturæ principium causamque rerum omnium, tum intelligendi veritatem, & vitæ felicitatem omniumque actionum finem consistere existimarent. Et in hac quidem classe principe loco ponendi Περὶ ἀρχῶν βιβλία β'. *De rerum principis libri II.* quos Suidas commemorat, laudatque Proclus lib. 1. Theologiæ Platoniciæ cap. XI. Πορφύριος ἢ αὐτὸ μὲν τρίτον ἐν τῇ περὶ ἀρχῶν πραγματείᾳ τὸν νοὸν εἶναι μὲν αἰώνιον, ἐν πολλοῖς καὶ καλοῖς λόγοις ἀποδείκνυσι λόγοις· ἔχει, ἢ ὅμως ἐν ἑαυτῷ καὶ ἑωρακίῳ τῷ νοῦ τῷ ἐνὶ σωματίῳ. *Porphyrus vero post hunc in tractatione de principis, mentem quidem æternam esse, multis præclarisque rationibus demonstrat: habere tamen in se aliquid mente antiquius, quod cum ipso uno conjungatur.* Scripsit autem Porphyrius haud dubie ad Origenis atque Longini præceptorum suorum imitationem: quod utriusque libros περὶ ἀρχῶν non satis probari videret. Et extat de iisdem passim in bibliothecis magnum opus Damascii Philosophi, plenum subtilissimis disputationibus. Referendi quoque ad hanc classē alii ejus libri ab uno quod sciam, Suida commemorati. Quales sunt Περὶ ὕλης, 5'. *De materia prima libri VI.* Nisi fortassis hoc opus innuat Aeneas Gazæus in Theophrasto suo; cujus verba paulo post producam. Item Περὶ ἀσωμάτων. *De incorporeis.* Tum etiam Περὶ ψυχῆς



πρὸς Βοηθὸν, ἔ. *De anima adversus Boethum Libri V.* Sed postremum hosce præter Suidam citat Eusebius non uno loco in libris de præparatione, & Theodoretus therapeut. serm. 1. Propugnasse Porphyrium hoc opere Platonis de anima sententiam adversus Boethum Sidonium Peripateticum, Andronici Rhodii discipulum, celebrem Augustei seculi Philosophum, certius esse credo quam ut probari egeat. Idque vel unius Eusebii auctoritate manifestissime liquet. Qui cum lib. XI. præp. Evang. cap. 25 & lib. XV. cap. 9. simpliciter hos libros citet titulo τῷ πρὸς Βοηθὸν περὶ ψυχῆς laudat eosdem lib. XIV. cap. 10. & lib. XV. cap. 13. nomine τῶν πρὸς Βοηθὸν ἀντιγραφεύτων περὶ ψυχῆς. vel τῷ πρὸς Βοηθὸν διενεχθέντι τῷ Πλάτωνι ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λόγῳ. Diversum ab hisce opus fuisse existimo περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων. *De facultatibus anime.* Unde Stobæus eclogarum physicarum libro 1. multa excerpfit: nec facile aliter judicaverit quisquis prolixum illum locum recte expendere à Stobæo nobis conservatum. Refert præterea Suidas Porphyrium scripsisse: πρὸς Ἀριστοτέλῳ, περὶ τοῦ εἶναι τὴν ψυχὴν ἐντελεχίαν. *Adversus Aristotelem, qui animam entelechiam esse statuit.* Et pari modo hic errant qui vertunt ad Aristotelem: reclamante aliquot seculorum intervallo: quod & F. Patricius in discussionibus Peripateticis jam pridem monuit. Cæterum Porphyrius Aristotelicam illam entelechiam etiam in libris de anima contra Boethum impugnat, ut ex Eusebio videre est lib. XV. præpar. Evang. cap. 9. ubi Porphyrii locum ea de re contra Aristotelem adducit. Hisce tandem addo τὰ εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνήματα. *Commentaria in Timæum Platonis.* Laudantur à Macrobio lib. 2. cap. 3. in somn. Scip. *Hanc Platoniorum persuasionem Porphyrius libris suis inseruit, quibus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit.* Et à Johanne Grammatico contra Proclum de mundi æternitate, lib. VI. cap. X, καὶ τὰ τῷ γε μάλιστα τῷ σημεῖοι μὲν τοῦ ζῆτος καὶ ὁ πορφυρίου συγκατατίθεται. λέγει γοὺν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν εἰς τὸν Τίμαιον ὑπομνημάτων ὅτι λέξεως ταύτης, &c. Unde apparet id opus in plures libros divisum fuisse. Idemque Grammaticus alia inde loca adducit dicti libri VI cap. 15. Atque ut Porphyrius post Crantorem, Taurum, Numenium, Severum; tum vero in primis post præceptores suos Origenem & Longinum in hunc dialogum scripsit, ita post Porphyrium Jamblichus, & Syrianus: & post omnes Proclus sua in eundem librum commentaria edidit: in quibus sæpissime Porphyrii auctoritate utitur. Atque id ex pluribus locis apparet,

ret, Porphyrium in hoc commentario Origenis & Longini dubitationibus potissimum respondisse. Et licet Proclus nonnunquam à Porphyrii expositione recedat; probat tamen sapius, & propriam opinionem ejus autoritate confirmat.

In *Theologicis* primo loco constituo libellum τῶν πρὸς τὰ νοητὰ ἀφ᾿ ἄφρονα. *Sententiarum qua ad intelligibilia perducunt.* Vel ut Marsilius Ficinus vertit: *De occasionibus seu causis ad intelligibilia nos ducentibus.* In Manusc. Loliniانو inscribitur εἰς τὰ νοητὰ. Hoc est, *aditus seu accessus ad intelligibilia.* Illum triplo nunc auctiorem habes ex Vaticana Bibliotheca, ubi haecenus delituit. Sed ne sic quidem integrum esse, arguunt ea quæ Stobæus in eclogas suas inde retulit, & à me primæ parti suo quæque loco inseruntur. Quorum tamen pleraque in Lolini codice postea reperi. Est autem hic libellus εἰσαγωγῆς θεολογικῆς, seu prima quædam institutio Theologica, brevibus aliquot aphorismis animum ad pleniorum rerum divinarum contemplationem excitans. Et ut Arrianus ex prolixioribus Epicteti dissertationibus enchiridium suum composuit, κατὰ τὰ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀναγκασιάτατα vitæ præcepta continens: ita Porphyrius hæc sententias ex Plotini ferme libris excerpfit, quibus non male, mea quidem sententia, εἰσαγωγῆς loco præfigerentur. Nam quod nuperrimus interpret Gallus hoc opusculum cum libris de abstinentia cohæere putavit, facile ejus ἀκρίβεια ignosco, qui nihil minus quam hoc studiorum genus intellexit. Theologicus etiam fuit, quem Suidas primo loco recenset, περὶ θεῶν ὀνομάτων, α'. *De divinis nominibus liber 1.* Item Ἡ πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον Ἐπιστολή. *Epistola ad Anebonem Ægyptium: sive Anebuntem* cum D. Augustino vocare malis: qui libro X. de Civ. Dei, cap. XI. hujus epistolæ argumentum prolixè recenset. Continebat enim varias quæstiones de dæmonum natura ac generibus: tum etiam de magicis sacris & divinationibus atque oraculis eorundem. Quibus sub personato Abammonis nomine Jamblichus integro libro de mysteriis Ægyptiorum respondit. Cui Procli testimonium præfixum est, ubi epistolæ hujus meminit. Eadem quoque ab Eusebio laudatur lib. III. præp. Evang. cap. 3. & lib IV. cap. 10. tum lib. V. cap. 7. Item à Theodoro lib. I. θεογραφία. Cæterum Eusebius libro XIV. prædicti operis Ægyptium illum Philosophum non Ἀνεβὼ, sed Νεκτανεβὼ vocat. Quo loco librariorum vitium irrepsisse puto, quibus Ægyptii regis nomen ex Platone notius erat, quam obscuri sacerdotis.

Referendus ad eandem classē liber *περὶ ἀγαλμάτων*. *De statuis sive imaginibus Deorum*: quem Stobæus in ipso principio eclogarum physicarum citat, ut quidem illæ nunc turbato ordine vulgo habentur. Primus enim ille locus capitis *περὶ θεῶν*. Ζεὺς ἔν ὁ πᾶς κόσμος, &c. qui in Canteriana editione ἀδέσποτος habetur, in Manuscript. Vaticano citatur nomine Porphyrii ἐκ τῶν περὶ ἀγαλμάτων. Atque hujus loci indicio cognovi ejusdem libri principium esse, quod Eusebius adducit libro III. præpar. cap. 7. ex quo totius operis institutum perspicere licet. Promittebat enim *se divina sapientia sensus & consilia expositurum, quibus DEUM, Deique potestates imaginibus sensui congruentibus indicarent, qui res invisibiles visibilibus simulachris expresserunt, in eorum gratiam, qui ex statuis tanquam ex libris Deorum historias recensere didicerant.* Deinde cap. 7. eundem locum affert, quem apud Stobæum extare dixi. Et multa ex hoc ipso Porphyrii opere subjungens tandem addit: *πῶτά μοι ἐκ τῶν περιηγημάτων αἰδρός γραφῆς Πιπταμήδω, ὡς αὐτὸς μηδὲν ἡμᾶς λάτρηι τῶν δόξων ῥήτων τῆς Ἑλληνικῆς ὁμοῦ καὶ Αἰγυπτιακῆς θεολογίας.* Simile Euemeri Messenii opus vidit antiquitas: titulo *ἱερῆς αἰα γραφῆς*, quod Eusebius lib. III. ex Diodoro Siculo, & Athenæus citant. In eo ex statuis & sacris inscriptionibus de natura Deorum tractabat theologice simul & historice. Jamblichus etiam librum *περὶ ἀγαλμάτων* scripserat, cujus refutationem à Joanne Philopono editam legit Photius, cod. CCXV. quam vidisse operæpretium erit, ut materiam & tractandi modum Porphyriani operis cognoscas. Cum certum sit Jamblichum præceptoris vestigia hæc etiam in parte pressisse.

Ejusdem generis fuit ὁ πρὸς Νημέριον λόγος. *Liber ad Nemertium, De divina providentia*, ni quid fallor. Id enim manifeste testari videntur ea loca quæ apud Cyrillum libro III. contra Julianum inde nobis supersunt. Sed cum multa etiam in iis de humanæ voluntatis libertate disputentur, haud temere quidquam pronuncio. Ideoque nisi lectori id tædio futurum vererer, loca singula apponerem; præsertim cum hæctenus præstantissimi illi libri Græce necdum prodierint. Addo ea, quorum ipse & quidem solus, in Plotini vita meminit: & in primis poëma in Platonis natali recitatum: cui titulus erat, Ὁ ἱερὸς γάμος. *Sacrum Connubium.* In quo, ut ipse testatur, multa mystice cum enthusiasmo, & arcano modo scripta fuere. Eo carmine agebat Plotinus Porphyrium ostendisse, *se & Poetam, & Philosophum, & sacerdotem esse.* Verum cum Hesychius, ἱερὸν γάμον Jovis & Junonis festum apud antiquos

quos fuisse scribat, non male fortassis quis existimet, carminis sacri materiam inde à Philosopho desumptam fuisse. Præsertim si cogitet, veteres Jovis nomine aerem, Junonis terram intellexisse, & sub hujusmodi fabularum involucris pertractasse abditissima naturæ arcana. Nisi quis tamen ex ipso potius Platone argumentum eum hausisse velit. Cum enim ille lib. VIII. polit. Philosophus suæ reip. moderatorem ἐξ ἱερῶν γάμων, hoc est, ex sacris nuptiis natum velit, quid rectius Philosophi natali celebrando conveniat, quam poëtica ac philosophica sacri illius connubii explicatio? ubi multa μουσικῶς καὶ Ἰπτικῶς ἀρτυρομυθίας de mentis ascensu in Deum atque ejusdem conjunctione cum Deo explicari potuerunt. Quæ cum ardentissimi amoris vi concilietur, connubii & nuptiarum nomine non minus à Platonis, quam nostris Theologis expressa fuit. Cætera autem quorum ibidem meminit Porphyrius, vel ipse suppressit, aut certe cum autore interiere: videlicet liber adversus Plotinum, ὅτι ἔξω ἔ τοῦ ὑφίστηκε τὸ νοητῶν. Quod ea quæ intelliguntur extra intellectum consistant. Et ejusdem defensio contra Amelium: qui & prius illud scriptum oppugnavit, & Apologiæ deinde respondit, eo argumentorum pondere, ut Porphyrius palinodiam ediderit, percepta & probata tandem Plotini sententia.

Quin & alterius operis mentio ibidem exstat, *De Ideis, adversus Longinum*. Quo Platonis ac Plotini sententiam adversus dictum philosophum defendendam suscepit. Cui & Longinus se respondisse testatur, & Porphyrium refutasse, ὡς οὐκ ἔ παλινομήσειν. Theologicis tandem addo *magica & theurgica*. Ita enim honorabiliore nomine, ut ait D. Augustinus, nefariæ curiositatis artes, sive ut Eusebius vocat, τῶν κακότεχον ζητείαν fucare, ac vulgo venditare conabantur; quam eo seculo Platonici & Pythagorici ferme omnes exercuerunt, vel affectarunt: & in primis Plotini discipuli. Quorum aliquos magicarum artium curiositate depravatos fuisse D. Augustinus affirmat, epist. LVI. ad Diocleturum. Et testantur plerorumque vitæ ab Eunapio scriptæ. Idemque de Proclo Marinus refert in ejus vita: cujus pars posterior, quæ prolixè περὶ θεουργικῶν agit, hætenus non fuit edita. Et ne quid de Apuleio & Apollonio Tyaneo dicam, ipsum Pythagoram ab Ægyptiis vanas hæc artes didicisse, non solum Porphyrius testatur: sed & præstigiis hujusmodi excelluisse, miracula ista arguunt, quæ ab ipso perpetrata præter nostrum autorem alii plurimi nar-

rant. Quæ si vera sint, nemo eum à magiæ crimine facile excusabit. Et quamvis Porphyrius totum hoc nefandæ superstitionis genus impro-  
basse videatur locis superius ex D. Augustino prolatis: disertis ta-  
men verbis hujus criminis accusatur ab Eusebio, lib. IV. præparat.  
cap. 6. *Inter Philosophos, inquit, nostri seculi hic patissimum demonibus, quos  
ipse Deos vocat, familiarissime usus videtur, & eorum causam defendendam  
suscepisse, atque arcana ipsorum præ ceteris majori studio pervestigasse.* Et  
alio ejusdem libri loco ait illum, *ἡ παρέργως ὁμιλήσας τῶν Θεῶν πολλὰς  
λαθραίας δεισιδαιμονίας.* & libro V. cap. 6. ipsum πρὸ ἀρρήτων  
ἀρρήτων perscrutatum fuisse dicit. Unde & dæmonum amicum &  
patronum illum appellat. Verum hac in re non tantum ethnicæ  
coecitatis, sed vindictæ divinæ exemplum nimis quam manifestum  
in Porphyrio agnoscere videor. Qui cum divinam veritatem repu-  
diasset, & sacras literas inexhaustum veræ sapientiæ fontem à verita-  
tis spiritu promanantem turbare & conviciis fœdare frustra studuis-  
set, non solum ex fabulis, quas humana libido sibi finxit, sed ex sacris  
aliisque vilioribus materiis numinis majestatem confirmare voluit.  
Quinimo quod multo detestabilius est, ancipites dæmonum voces, &  
perplexas oraculorum ambages anxie conquisivit, ut ex spissis menda-  
ciorum tenebris veritatis lucem eliceret. Fuit enim haud postremum  
inter ejus opera, *περὶ τῶν ἐκ λογίων φιλοσοφίας.* *De Philosophia ex omni-  
bus.* Quod cum alibi tum sæpissime ab Eusebio libro IV. de præpar.  
& Theodoretō serm. X. therap. citatur. Ubi uterque dæmonum ora-  
cula impugnans Porphyrii potissimum auctoritate ad ea evertenda  
utitur. Sed cum Eusebius lib. III. demonst. cap. 6. tertium ejus  
operis librum citet, perspicue apparet, id ipsum in plures libros distin-  
ctum fuisse. Interpretes autem hoc loco hallucinatur, qui de Philosophia  
Selectorum vertit. Quem errorem & in Theodoretō passim commis-  
sum video. Quin etiam apud D. Augustinum lib. XIX. de Civitate  
DEI cap. 23. ejusdem operis titulus corruptus legitur. Verba  
ejus hæc sunt: *Postremo ipse est Deus, quem doctissimus Philosophorum,  
quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per oracula quos Deos putat,  
Deum magnum Porphyrius confitetur. Nam in libris quos Θεολογίων φιλοσο-  
φίας appellat, in quibus exsequitur, atque conscribit rerum ad Philosophiam  
pertinentium velut divina responsa, &c.* Ita in omnibus editis legitur, nisi  
quod recentiores Θεολογίων φιλοσοφίας commodiori fortassis sensu scri-  
bere maluerunt. Sed in vetustis Manusc. Vaticanis scriptum depre-  
hendi,

hendi, *eglogion Philosophias*: quod in recentioribus aliquot in *elogion* detorqueri cœpit. Sed sine dubio ἐκ λογίων Φιλοσοφίας reponendum, Quod cum ex ipsis Augustini verbis appareat; tum vero multo maxime ex eo, quod totius hic locus ex III. libro Eusebii de demonstratione Evang. transcriptus est. Sed & apud Julium Firmicum de error. prof. rel. *Ἐκ λογίων* alicubi editum observavi. Idem vero opus ab Eusebio lib. V. præpar. cap. X. & alibi vocatur ἡ τῶν λογίων συναγωγή. *Collectio oraculorum*. Utriusque inscriptionis rationem, ut & operis universi argumentum lib. IV. dicti operis cap. 6. Eusebius refert. Ὅδὲ τῶν ποιητῶν (ὁ Πορφύριος) ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῶν ἐκ λογίων Φιλοσοφίας, συναγωγῆν ἐπιήσαστο χρησμῶν ἔτε Ἀπολλωνίου, καὶ τῶν λοιπῶν θεῶν τε καὶ ἀγαθῶν δαιμόνων. Ἐς καὶ μάλιστα ἐκλεξάμενος αὐτῶν ἠγάσαστο ἰκανῶς εἶναι, εἰς τε δόξαις τῶν θεολογικῶν ἀρετῶν, εἰς τε περὶ τῶν, ὡς αὐτῶν Φίλον ὀνομάζειν, Θεοσοφίας. Porphyrius, inquit, in iis quæ de Philosophia ex oraculis hausta conscripsit, pleraque tum Apollinis, tum cæterorum quoque Deorum ac bonorum daemonum responsa collegit. Quæ potissimum seligens sufficere sibi existimabat ad theologia virtutem probandam, & ad theosophiam, ut ipse vocare amat, sive divina sapientia studium promovendum.

Nec temere dixerim eodemne an diverso opere complexus fuerit τὰ τῶν Χαλδαίων λόγια, *Chalæorum oracula*. Cujus Æneas Sophista Christianus in Theophrasto suo meminit. Inclinat tamen animus ut credam, cum totum illud oraculorum opus diversis libris fuerit distinctum, unum aliquem seorsim Chalæorum oracula continuisse. Æneæ verba hæc sunt: Ἐ γὰρ ἀγγέληται ἔδὲ ἀναρχῶς ἡ ὕλη τῆς τοῦ σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι, καὶ ὁ Πορφύριος ἐπιγράφει ἢ καθ' ὅλην τὸ βιβλίον ὃ εἰς μέσον περὶ τῶν Χαλδαίων τῶν λόγια, ἐν οἷς γερονέται τῶν ὕλων ἰαχουρίζεται. Quo loco non possum assentiri interpreti, qui καθ' ὅλην libri titulum fuisse existimavit. Rectius puto sic verti: *neque materia generationis & principii expertis, quod & Chalæi & Porphyrius te docent. Ille enim integrum librum conscripsit, quo Chalæorum oracula producit, quibus materiam genitam esse confirmatur*. Nisi quis credat fuisse hunc librum ἐξ illis περὶ ὕλης, quos superius commemoravi. Quod & sequentia Æneæ verba videntur probare: dum Porphyrium Plotini hac de re librum explicasse scribit. Et in hanc sententiam potius discedo. Hisce addenda *Refutatio libri, quæ falso Zoroastri inscribitur, adversus Gnosticos*: cujus ipse in Plotini vita meminit: *Ego vero Porphyrius, inquit, multis argumentis ostendi librum Zoroastri nomine inscriptum adulterinum &*

recentem esse & ab istius hæresis autoribus confectum : ut dogmata qua ipsi amplectuntur veteris illius Zoroastri esse crederentur. Sed & aliorum antiquorum nominibus Gnosticos spurios suos fœtus supposuisse Porphyrius dicto loco affirmat, & SS. Patres, qui scelestas illorum & nefandas opiniones refutarunt, passim testantur. Cæterum duo hæc opera, quæ recensui, theologice forte rectius annumerari potuissent. Cum & Eusebius præfat. libri IV. præpar. fabulosam & fallacem oraculorum doctrinam ad tertium ethnicæ theologiæ genus referat, quod *πλιπικόν* vocabatur. Sed & haud dubie mere magica fuere quæ Suidas Porphyrium scripsisse affirmat : *Εἰς τὴν Ἰστανδὸν ἔχαιδαιὸν φιλοσόφῳ ἱστορίαν ἐν βιβλίοις δ.* In *Juliani Chaldæi Philosophi historiam libris IV.* De Juliano Chaldæo Suidas alio loco : *Ἰστανδὸς Χαλδαῖος, φιλόσοφος πατὴρ ἔκκλησιον θεουργῶν Ἰστανδῶν. Ἐγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δὲ ἀνθρώπων δὲ ὅτι φυλακτήριον πρὸς ἕκαστον μέλος, ἵπῳα τὰ τελεουργικὰ Χαλδαϊκά.* *Julianus Chaldæus philosophus : pater Juliani illius, quem Theurgum vulgo vocant.* *Scriptit de demonibus libros 4. continent autem phylacteria sive amuleta pro singulis corporis humani membris : quales sunt operationes sive incantationes Chaldaica.* Nihil mihi hæctenus lectum de hujus Juliani scriptis : ut dictu difficile sit, utrum libri de demonibus iidem fuerint cum historia. Quamvis idem utrobique librorum numerus id potius suadeat, ut unum idemque opus fuisse credam. De præstigiis magicis Juliani Chaldæi extat Sozomeni testimonium histor. Eccles. lib. 1. cap. 7. ubi vi carminis magici lapidem manu divisisse dicitur. Et forte hunc Chaldæum intelligit D. Augustinus, quem lacris precibus potentias adjurasse ex Porphyrio refert lib. 10. de Civit. Dei cap. 9. Julianum juniorem sive Theurgum sub M. Antonino Imp. vixisse testatur idem Suidas : eundemque verbis *θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια*, atque alia ejusdem artis secreta edidisse refert : & Romanis cœli siccitate laborantibus pluvias magica arte produxisse affirmat. Meminit ejusdem Proclus libro IV. in Timæum p. 246. *Ὁ θεὸν οἶμαι καὶ οἱ τῶν θεουργῶν ἀκρίβητοι θεὸν καὶ ταύτον, (τὸ ἰούδν) ὑμνησοῦν ὡς Ἰστανδὸς ἐν ἐβδόμῳ τῶν ζωνῶν.* Meminit etiam Juliani inter celebriores magos Arnobius lib. I. *Age nunc veniat quis super igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres &c. & Dardanus, Velus, Julianus & Bæbulus, & si quis est alius, qui principatum & nomen ferretur in talibus habuisse præstigiis.* Quo in loco nimium sibi indulget quorundam criticorum audacia.

## CAP. XI.

*De Porphyrii libris contra Christianos.*

**T**Ot præstantis ingenii monumenta, & eruditissima in omni artium, ac scientiarum genere scripta uno infelicissimo opere proscripsit Porphyrius. Edidit enim *κατὰ Χριστιανῶν λόγους* i. e. *Contra Christianos libros* 15. quos nemo antiquorum non citat & detestatur. In Sicilia eam fœtum hunc nefandum parturisse supra ostendi. Scriptionis causas facile est colligere ex Tertulliano, Arnobio, Lactantio, aliisque qui contra gentes eo seculo scripserunt. Dolebant enim homines à vero Dei cultu averſi majorum suorum sacra ac religionem, quæ tot annis obtinuerat, invalescenti ubique Christianismo locum cedere: quem nullis jam legibus prohiberi, nullis suppliciorum exemplis extirpari posse videbant: sed pressum latius se diffundere, & civitates ac provincias omnes pervadere: jamque numinum suorum templa passim vel deseri, vel dirui, vel in Ecclesias transmutari. Hinc Christianos publicos hostes sacra, profana omnia convellere, καὶ τὰ αἰκίνητα κινεῖν clamabant. His publicæ calamitates velut ab irato numine immissæ tribuebantur: quod Christi adventus reliquam numinum turbam terris expulisset. Neque id solum, sed omnem humanitatis cultum eorum doctrina extinguere, & spissam quandam barbariem induci asserebant. Hinc ad sacræ Scripturæ autoritatem convellendam omni conatu sese accingentes, styli simplicitatem ridebant, elevabant oracula prophetarum, historias sacras in dubium vocabant, miracula, quæ fidei firmandæ edebantur, ut dæmonum præstigias eludebant: constantiam in oppetenda morte pro Christo, obduratam existimabant animi pertinaciam, vel αἰαιωθῆσιν. Hæc vulgi conviciis, hæc principum edictis nusquam non Christianis objiciebantur. Nec moderatiores fuere Philosophi, qui cum sapientiam hujus mundi quærent, ut Apostolus ait, *Stultitia prædicationis offensi, Deum per sapientiam non cognoverunt.* Hinc Celsi, Hieroclis, Juliani, & imprimis Porphyrii cæcus erga Christianam religionem furor & θεομαχία. Atque hujus quidem eo acrior & vehementior fuit impetus, quo majorem ingenii vim & eruditionis copiam ad infaustum hoc certamen attulit. Nam quod præclare à Platone dictum est, αἱ μεγάλα φύσεις μεγάλας ἐκφέρουσιν καὶ τὰς κακίας. Præsertim animus odii & impietatis furiis



exagitatus, violentos impetus, & ut Epicteti verbis utar, *μακρὸς τὴν ἄνοιαν* exierit. De totius operis argumento difficile est distincte quid & per partes pronunciare: cum omnia S S. Patrum scripta, quæ calumniis hisce opposuerant, interierint. Ex pauculis tamen locis, quæ hinc inde ex sacro & horribili opere proferuntur ab Eusebio, Hieronymo & aliis, conjicere licet, præcipuum Porphyrii laborem in eo versatum fuisse, ut sacræ Scripturæ autoritatem, hoc est, fundamentum cui religio Christiana innitebatur, subverteret. Id cum ex cæteris locis mox producendis appareat, tum ex hisce Eusebii verbis lib. X. præp. cap. 9. *Nunc quidem confirmanda Moysis antiquitati unum hominis cum Hebræis tum etiam nobis longe inimicissimi atque infensissimi testimonium libet adjungere: Philosophum illum equalem nostrum intelligo, qui eo in opere quod adversus nos ex adii vi & magnitudine vulgavit, non modo nos, sed Hebræos etiam, & ipsum Moysen, ceterosque post illum Prophetas iisdem contumeliis oneravit.*

Et primo quidem libro ipsum de contrarietate sacrarum literarum egisse apparet, atque id conatum fuisse probare, non à Deo sed ab hominibus eas profectas: quod contradictiones & *ἐναντιότητες* in iis occurrant, quæ scilicet à Deo summa & simplicissima veritate promanare non potuerint. Quem in finem maxime adducebat, quod Paulus ad Galatas cap. 2. scribit, se Petro in faciem restitisse: unde colligebat Apostolos, & quidem principes illorum, non publicæ omnium salutis, sed suæ quemque gloriæ privatim studuisse. Id SS. Patres non uno loco testantur. D. Hieronymus in præmio commentar. in dictam Epist. *Quod nequaquam intelligens Bataneotes & sceleratus ille Porphyrius in primo operis sui adversus nos libro Petrum à Paulo objecit esse reprehensum, quod non recto pede incederet ad Evangelizandum: volens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis: & in commune fidei dogmatis accusare mendacium, dum inter se ecclesiarum principes dissident.* Similia ad ipsum locum capituli 2. repetit. Idem Epistola 89. ad D. Augustinum: *Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi epistolam Pauli ad Galatas interpretatur, & ceteri deinceps interpretes sunt secuti, illâ vel maxime causa subintroducunt, ut Porphyrio respondeant blasphemanti: qui Pauli arguit procacitatem, quod principem apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione constringere, quod male fecerit: id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui alium arguit delinquentem.* Et ibidem paulo post: *Ego, imo alii ante me exposuerunt causam, ostendentes honestam dispensationem; ut & Apostolorum prudentiam*

am demonstrarent, & blasphemantis Porphyrii impudentiam coercerent, qui Petrum & Paulum puerili dicit inter se pugnasse certamine: imo exarsisse Paulum in invidiam virtutum Petri, &c. similia sub finem libri 14. commentariorum in Esaiam apud eundem extant.

*Libro tertio de Scripturæ interpretatione agebat: & cum ipsas Sacras literas convellere non posset, damnabat exponendi modum: præsertim Origenis allegorias. Quod perspicue apparet ex prolixo loco quem Eusebius hist. Eccles. libro 6. cap. 19. inde producit, & imprimis ex præmissis Eusebii verbis: ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὸς Πορφύριος, συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐκρησάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν πεπειρασμένος, ἵνα τε εἰς αὐτὰς ἐξηγησάμενον μνημονεύσας, μηδὲν μηδαμῶς φάδλον ἔγκλημα τοῖς δόγμασιν ἵπιβαλεῖν δυναθεῖς, ἀπορία λόγων ἵπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται, καὶ οὗ ἐξηγητὰς διαβάλλει. ὧν μάλιστα τὸν Ὀριγῆνον, ὃν καὶ πρὸ νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν πειράται.* Porphyrius, inquit, nostra memoria in Sicilia libros adversus nos edens, quibus divinas scripturas calumniis insectari conatus est, cum ad eorum expositores venisset, nihilque in dogmatibus reprehendendum reperisset; rationum inopia ad calumniandum & interpretes perstringendum convertitur. Origenem autem omnium maxime, quem in adolescentia se cognovisse ait, traduce-re conatur. Ipsa Porphyrii verba adscribere nimis longum foret: quæ indicasse sufficit. Ex eodem libro depromptum fuit testimonium illud de eruditione Origenis, quod Vincentius Lirinensis in commonitorio adducit, ut ex citato Eusebii loco videre est.

*Librum quartum de historia Mosaica & Judæorum antiquitatibus tractasse cognoscimus ex loco quem idem Eusebius libro 1. præp. cap. 9. adducit: ubi de Sanchuniatonis Phœnicia historia agit: idemque libro 10. cap. 9. & à Theodoro serm. 2. therap. repetitur. Ex cæteris deinde nihil nominatim citatum observavi. Duodecimus omnium celeberrimus est: quo Danielis Prophetiam fortiter oppugnavit, Hac de re operæpretium est D. Hieronymum loquentem audire in proœmio commentariorum in eum Prophetam. Contra Prophetam Danielem, inquit, duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cujus inscriptus est nomine, esse compositum, sed à quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Judæa, & non tam Danielem ventura dixisse, quam illum narraffe præterita; denique quicquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere: si quid autem plerumque opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. Cui solertissime responderunt*

*Eusebius Casarensis episcopus tribus voluminibus, id est, octavodecimo & nonodecimo, & vicefimo. Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, vicefimo sexto: & ante hos ex parte Methodius. Multa deinde toto hoc commentario ex eodem libro affert, & refutat: cujus etiam in apologia adversus Rufinum, atque alibi meminit. Sed quam varia eruditione hic liber refertus fuerit, haud obscure innuit sub finem ejusdem proœmii; dum ex variis & reconditis autoribus compositum fuisse testatur. Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est; Sutorii videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii, Theonis, & Andronici cognomento Alypi: quos & Porphyrius esse secutum se dicit.*

Verum & decimus tertius liber adversus eundem prophetam scriptus fuit, teste Hieronymo in XXIV. caput Matth. commentariorum lib. IV. *De hoc loco, inquit, id est de abominatione desolationis, que dicta est à Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertiodécimo operis sui volumine contra nos blasphemavit. Cui Eusebius Casarensis Episcopus tribus respondit voluminibus, &c. Nec magis à sacra Evangeliorum historia sibi temperavit. Nam & hanc falsitatis eum arguisse idem Hieronymus epistola CI. ad Pammachium testatur. Idemque libro II. adversus Pelagianos, cum dixisset, Christum, postquam negarat se ad scenopegiam iturum, Joan. VII. postea tamen ascendisse, addit: *latrat Porphyrius: inconstantie, ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda. Et libro quæst. Hebraic. in Genesin: Frustra, inquit, Porphyrius Evangelistas, ad faciendum ignorantibus miraculum, & quod Dominus super mare ambulaverit, pro lacu Genezareth mare appellasse calumniatur. Ad Apostolorum actus spectat illud in epist. ad Demetriadem de virginitate servanda: demique & Apostolus Petrus nequaquam eis imprecatur mortem, (Ananiæ scilicet & Sapphiræ) ut stultus Porphyrius calumniatur: sed DEI judicium prophætico spiritu annunciat. Ex eodem quoque opere haustum existimo, quod libro adversus Vigilantium ait Porphyrium miracula ad SS. martyrum sepulturas edita dæmonum præstigias vocasse: ut & tres illas quæstiones D. Augustino propositas ab amico pagano, quibus sanctissimus Pater epistola XLIX. respondet; quam de sex quæstionibus paganorum vulgo vocant. secundam scilicet, tertiam & quartam. Quærebant enim, si Christus se salutis viam dicat, & gratiam & veritatem, & in se solo ponat animis sibi credentibus reditum, quid egerint tot seculorum homines ante Christum?**

stum? deinde, cur Christus veteris testamenti sacrificia repudiari, cum DEUS illa instituerit? tum etiam, quæ proportio sit inter peccatum & æternum supplicium, cum Christus dicat: *in quacunque mensura mensi fueritis, metietur vobis*, Earundem libro II. retractat. cap. 31. meminit. Verum cum D. Augustinus disertim affirmet, hæc de Porphyrio contra Christianos tanquam validiora decerpta fuisse, satis apparet quo loco gentiles hosce Porphyrii libros habuerint: quippe quorum objectiones vix responsum admittere existimarent. Et sane δεινότης ac subtilitatem δυσκατάλυτον haud obscure fatetur D. Hieronymus hilce verbis præfatione in Daniele: *qua autem ex hoc propheta, imo contra hunc librum Porphyrius objiciat, testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinaris, qui multis versuum millibus ejus vesania respondentes nescio an curioso lectori satisfecerint.* Et in Apologia ad Pammachium pro libris adversus Jovinianum: *Origenes, inquit, Methodius, Eusebius, Apollinaris multis versuum millibus scribunt adversus Celsum & Porphyrium. Considerate quibus argumentis, & quam lubricis problematibus diaboli spiritum contexta subvertant.* Et quia interdum coguntur loqui, non quod sentiant, sed quod necesse est; dicunt adversus ea quæ dicunt gentiles. Atque hinc factum existimo, ut cum ipse acriori quodam veneno tela sua tinxerit, quibus religionem Christianam impetebat, quam reliqui manifesti Ecclesiæ hostes, Celsus, Hierocles, Julianus atque alii, vehementius quoque odium sibi paraverit. Quod quidem satis superque colligere est ex frequentissimis SS Patrum convitiis & δυσφημίαις, quibus DEI & veritatis hostem passim proscindunt & justissime exagitant. Adeo ut mihi bene longum centonem contexere liceret, præsertim ex Eusebio, Theodoro, & Hieronymo: quibus religio fuisse videtur nomen Porphyrii absque execratione proponere. Ab illo enim lib. I. de præp. cap. 9. & lib. IV. cap. 6. ὁ τὸ καθ' ἡμῶν λαμπρωτόμῳ δυσφημίαις καὶ ψευδοπροφητείαις. Item: ὁ τὸ δαιμόνων φίλῳ καὶ προσήγορῳ appellatur. Libro autem X. cap. 9. ὁ πάντων δυσμύεσσῳ τῳ καὶ πολεμιώτατῳ Ἑβραίων καὶ ὑμῶν. Nec minori elogiorum varietate à Theodoro ornatur, serm. 1. ὁ κατὰ τὴν ἀληθείας λυπηθείας. serm. 2. ὁ τὴν ἀσεβείας ἡρόμῳ πρῶμαχῳ κατὰ θεοῦ τὸ ὅλων πῶ ἀπέλασον ἐκίνησε γλώττιαν. serm. 3. ὁ τὴν ἀληθείας ἀτίπαλῳ. serm. 10. ὁ ἀσπονδῳ ἡμῶν πολέμιῳ, πῶ προσφαιῆ κατὰ τὴν ἀσεβείας ἀναδεξάμῳ μάχῳ. serm. 12. ὁ πάντων ἡμῶν ἔχθρῳ. Ita etiam D. Hieronymus, *stultum, imprium, blasphemum, vesanum, imprudentem, sycophantem, calumniatorem Ec-*

*clesia, rabidum adversus Christum canem passim vocat: ut cæteros taceam, apud quos nec pauciora, nec leviora reperias. Sed ne convitiis tantum Christi & veritatis hostem quis oppugnatum existimet, prodierunt adversus ipsum in arenam præcipui aliquot Ecclesiæ doctores, & manu conferta calumnias veritatis gladio jugularunt. Nam ut Fl. Lucius Dexter in Chronicis ad annum Christi CCCX. prodidit; (si modo autor tot assumptis adulteratus ad testimonium citari debeat:) Triginta circiter scriptores Catholici contra blasphemias Porphyrii philosophi scripserunt, & in his nonnulli Hispani si interpolatoribus credendum. Istiusmodi enim affanias larga manu adscripserunt, qui suæ nationis laudem sese aucturos hac ratione sperabant. Triumtamen clarissimorum hominum opera potissimum in hoc certamine eluxit, Methodii Patarensis, Eusebii Cæsarensis, & Apollinaris Laodicensi. Sed nullius opus ad nostram ætatem pervenit. Credo quod Porphyrianis libris extinctis, & recepto per universum orbem Christianismo, istiusmodi scriptis Ecclesia Dei non amplius indigeret. Horum sæpenumero meminit D. Hieronymus: præfatione in Danielem, & sub finem cap. XII. in apologia ad Pammachium; tum potissimum epistola LXXXIV. ad Magnum Oratorem Romanum. Scripserunt, inquit, contra nos Celsus atque Porphyrius. Priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius & Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros: Methodius usque ad decem millia procedit versusum: Eusebius & Apollinaris vigintiquinque & triginta volumina condiderunt. Methodius primus omnium ad veritatis defensionem signum sustulit, ante Diocletiani persecutionem, ut supra ostendi. Hunc vitidi compositique sermonis libros adversus Porphyrium confecisse scribit Hieronymus in Catal. ill. script. & disertissimum martyrem vocat cap. § 12. in Daniel. nescio tamen utrum κτ̄ π̄δα singulis responderit: cum eum ex parte tantum respondisse D. Hieronymus dicto loco, & alibi testetur. Sane elegantiam copiamque dicendi præter Photii, hominis κερικωτάτης testimonium, & eclogas prolixas ab eo conservatas, abunde probat opusculum de humani arbitrii libertate, cujus maxima pars publice extat: tum etiam convivium decem virginum, π̄ει τ̄ ἀγγελομιμήτης παρθερίας liber, & homilia nonnullæ, quæ in Vaticana bibliotheca non sine publico damno latitant. Eusebii quoque opus contra Porphyrium Romæ adhuc servari nimis temere multi credunt. Hujus tres integros libros blasphemias contra*

Danielem Prophetam oppositos fuisse paulo ante ex D. Hieronymo vidimus. De cæteris nihil distincte licet affirmare. Apollinaris libros 30. contra Porphyrium idem Hieronymus epist. 65. ad Pammach. *fortissimos* appellat, & *egregia volumina*: & in Catal. ill. Script. *inter cætera ejus opera vel maxime probari* ait. Extat de iisdem præclarum testimonium Vincentii Lirinensis: *Nam quid Apollinare præstantius, acuminis, exercitatione, doctrina? quam multas ille hæreses multis voluminibus oppresit? quot inimicos fidei confutavit errores? indicio est opus illud 30. non minus librorum, nobilissimum & maximum, quo insanas Porphyrii calumnias magna probationum mole confudit.* Hinc merito tantum virum in hæresin prolapsam dolet.

De Imperatorum edictis, quibus impios hosce Porphyrii libros suppresserunt, jam superius egi. Quamvis concitatis vulgi animis promiscue in omnia scripta sævitum, quæ infaustum Christianis nomen præferebant. Et hæc, nisi fallor, causa est, cur Philosophicæ historiæ Malchi nomen fuerit præfixum, non ab ipso quidem autore, verum ab iis qui communi Porphyrianorum librorum cladi hoc opus subtractum cupiebant: ut quasi signis commutatis inquirentium oculos animumque falleret. Sed ut nullum tam noxium venenum est, unde non salubris aliqua medicina arte extrahi possit: ita ex pessimis hisce libris veritatis propugnatores scorpiacum confecere, quo non ipsius solum Porphyrii, sed & reliquorum omnium Ecclesiæ hostium ictus noxios & virulentas calumnias persanarent. Quinimo nullus omnino τῶν ἐξω plura aut fortiora tela Doctoribus Ecclesiæ suppeditavit, quibus multiplicem gentilium errorem facilius felicisque jugularent. Cujus quidem rei argumenta abunde peti possunt ex Eusebio, lib. 3. & 4. de præpar. Theodoreto therap. serm. 3. 7. & 10. D. Augustino de Civ. Dei lib. 10. aliisque Sanctorum Patrum locis quam plurimis. Ubi Porphyrii testimoniis perspicue probatur, universam illam fabulosam & πλῆθειον gentilium Theologiam μηδὲν ἱερὸν, καὶ μηδὲν θεοπραγῆς continere. Dæmones, quibus divinitatis honorem cæca mortalitas tribuebat, infestos & malignos humani generis hostes esse: oracula ab iisdem edita meras esse imposturas, & credulæ hominum simplicitati lubricis & obscuris verborum ambagibus illusisse. Sacrificia & mactationes à vera pietate abhorrere: & crassos ac materiales dæmones esse, qui hostiarum vaporem foetidumque nidorem expetant: aliaque hujus generis plura, quibus ἐλλωικὴ θεηπραγία à fundamentis evertitur. Unde

de verissime de hoc philosopho Theodoretus serm. 3. græc. aff. dixit: *Videtur hoc miraculum Samsonis ænigmati persimile: ex ore comedentis exivit cibus, & ex forti dulcedo. Hæc enim ad refellendum mendacium à mendacii patrono scripta sunt: & veritatis accusator præter animi sententiam veritatis defensor evasit. Deus enim qui linguam vatis Balaam imprecari paratam benedictionem proferre coegit, is & hujus linguam rabido furore adversus veritatem concitatam, invitam contra mendacium convertit.* Neque id solum; sed nostræ quoque religioni luculentum non uno in loco testimonium perhibuit, & Christi divinitatem, quamvis inscius & invitus, comprobavit. Non secus ac dæmon ipse in Evangeliiis Christum Dei filium confessus est. Tale enim illud est quod Euseb. lib. 5. præpar. cap. 1. ex opere adversus Christianos, & Theodoretus in ipso sine Therapeuticon proferunt: Christi adventu dæmonum potestates atque operationes cessasse. Tum quod libro 3. demonstr. ex libro 3. de philosophia ex oraculis ab eodem Eusebio, & D. August. lib. 19. cap. 23. adducitur. Ubi dæmones ipsos de Christi pietate, passione, & immortalis gloria ἀφύων respondisse testabatur, quem & ipse propterea nequaquam blasphemandum pronunciabat. Atque utinam vel dæmonum, magistrorum suorum modestiam homo effrænis linguæ & impotentis animi fuisset imitatus: nec blasphemiarum, conviciorum, calumniarum & mendaciorum plaustra in Christum effudisset: rectius sane si non saluti, saltem famæ ac nomini suo consulisset. Ut hic potissimum variam ac mutabilem animi inconstantiam, & dogmatum contrarietatem ipsi exprobare liceat: quam in reliquis scriptis jam olim animadvertit Eunapius, & Ill. annalium sacrorum autor ad palinodiam sub Constantino M. factam argute magis quam vere pertrahit.

Cæterum quæ de opere adversus Christianos SS. Patrum testimoniis confirmata hætenus proposui, id quoque manifeste videntur evincere, quæ Lactantius lib. 5. de just. c. 2. de Philosopho Christianæ religionis oppugnatore scripsit nequaquam de Porphyrio intelligenda esse. Nam præter rationes superius à me adductas, diversi auctoris opus fuisse apparet non solum ex diverso librorum numero, sed ex materia & apparatu diverso. Cum enim Lactantius Hieroclis iudicis accuratum & subtile sacræ Scripturæ examen miretur, quod *ejus falsitatem arguere conatus, tanquam sibi esset tota contraria, adeo multa adeo intima enumerasset, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse videretur; fatetur haud obscure,*

obscure, alterum Philosophiæ antistitem nihil simile ad Christianæ religionis oppugnationem attulisse. Quin etiam in persequendo instituto suo *ineptum, vanum, ridiculum, & pro inanitate sua contemptum* fuisse scribit. Adeo quidem ut Hieroclis *φιλαλήθη* argumentorum robore & vehementia, sive ut ipse ait, mordacitate ei præferre non dubitet. Quæ profecto de Porphyrii libris nullo modo accipere licet: nisi hominem dicendi peritissimum, & in disputando apprime exercitatum *ἀκροσίας* manifestæ convincere velis. Nemo enim non videt, quantopere hæc à reliquorum Patrum iudicio discrepent. Cæteri enim omnes Hieroclem vel ignorarunt omnino, vel præ Porphyrio adeo contempserunt, ut nec nomen ejus nunc sciretur, nisi Eusebius operis particulam, quæ Apollonium Christo comparabat, refutasset. Sed contemptum potius quam ignotum fuisse, ex Eusebii libro apparet, qui cætera ejus Scriptoris tanti fuisse negat, ut iis refellendis operam impenderet: quippe quæ non illius propria, sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictionibus quoque iisdem, ac totidem pene syllabis impudenter sublecta erant. Quibus verbis Hieroclem ea quæ de sacrarum literarum repugnantia scripserat, cum ex aliis Christianismi oppugnantoribus, tum præcipue ex Porphyrio suffuratum fuisse manifeste indicat. Et dum alibi iis responsum oppositum iri scribit, ad Porphyrii refutationem, quam animo jam moliebatur, haud dubie lectorem rejicit. Hunc enim divina oracula assidua lectione trivisse, & in iisdem subvertendis vehementer exercuisse ingenium, præter superiora SS. Patrum loca, testatur Theodoretus therap. serm. 7. ubi de sacrificiis lege divina constitutis agit. *Τύτοις ἀκρεβῶς ἐντυχῶν ὁ πορφύριος, μάλα δ' ἐνδιέτριψε τὴν καθ' ἡμῶν τυρέων γραφήν· ἀλλότριον βουβείας καὶ αὐτὸς δοποφαίνει τὸ θύειν.* Hæc, inquit, cum diligenter Porphyrius perlegisset, (plurimum namque temporis in iis contrivit, dum suum adversus nos opus procuderet: ) ipse etiam sacrificia à pietate aliena esse pronunciauit. Sed ut simiæ humanos gestus imitantur, naturam tamen suam cum humana non permutant: ita Porphyrium è sacris literis quædam pro lubitu sublegentem veritatem imitando utcunque expressisse, ipsam vero minime perdidicisse ait. *Ἀλλὰ μεμύηκε πηχῶν, μάλλον ἢ κολοῖός ἀλλοτέροις πείλοις καλλιωτέμῳ.*

Hæc de Porphyrii vita & scriptis ad antiquitatis illustrationem hæctenus disseruisse sufficiat.